41. 1. *hae*] zusammenfassend (s. 1, 35, 6), um das Vorhergehende, die Motive, mit der daraus folgenden That zu verbinden. — *Aetolosque*] s. 10, 24, 16; sie haben dem Strategen, (s. 40, 9) beigestimmt. — *restituerant Romanis*] wie 31, 20; die Ätoler scheinen geglaubt zu haben, dadurch, dafs sie an dem Kriege teil nehmen, trete das frühere Bündnis wieder in Kraft (s. 26, 24, 15); sie haben daher eine förmliche Erneuerung desselben versäumt; die Römer betrachten es als gebrochen und nicht mehr geltend; s. 33, 13, 7. 11; zum Ausdruck vgl. *restituere in formulam* 32, 33, 7. — *Athamanum*] ein epirotischer Volksstamm im Norden von Ätolien und jetzt mit diesem verbündet; s. 32, 14, 1; 38, 1, 1; Bursian 1, 39. — *Cercinium*] die Lage der Stadt ist unsicher; nach § 4: *qui .. paludem* wäre sie in der Nähe des Böbeis-Sees zu suchen, obgleich dann der Zug der Ätoler bis fast an die Ostgrenze Thessaliens (vgl. 32, 13, 3) gegangen wäre; vielleicht lag der Ort an der Südwestgrenze des Landes.

2. *clauserant*] die Einwohner; neben der Konstr. ad synesim harter Wechsel des Subjektes, wie § 6: *videbaturque.* — *incertum .. an ..*] s. 43, 7; 34, 19, 8; 37, 11, 2; vgl. 29, 4. — *vi* (*regiorum*) .. *voluntate* (*sua*)] s. 58, 2; vgl. 33, 5. — *re-*

voluntate, quia regium habebant praesidium. ceterum intra pau- 3
cos dies captum est Cercinium atque incensum; qui superfuerunt
e magna clade, liberi servique, inter ceteram praedam abducti.
is timor omnis, qui circumcolunt Boeben paludem, relictis urbi- 4
bus montis coegit petere. Aetoli inopia praedae inde aversi in 5
Perrhaebiam ire pergunt. Cyretias ibi vi capiunt foedeque diri-
piunt; qui Maloeam incolunt, voluntate in deditionem societatem-
que accepti. ex Perrhaebia Gomphos petendi Amynander auctor 6
erat; et imminet Athamania huic urbi, videbaturque expugnari
sine magno certamine posse. Aetoli campos Thessaliae opimos 7
ad praedam petiere sequente, quamquam non probante Amynan-
dro nec effusas populationes Aetolorum nec castra, quo fors tu-
lisset loco, sine ullo discrimine aut cura muniendi posita. itaque 8
ne temeritas eorum neglegentiaque sibi ac suis etiam cladis ali-
cuius causa esset, cum campestribus locis subicientis eos castra

gium .. praesidium] s. 32, 10, 3; der König hat nur die Festungen besetzt; sonst ist Thessalien ohne Schutz.

3. *superfuerunt e .. clade*] s. dagegen 26, 41, 2; 33, 10, 6; 41, 26, 5; 42, 54, 6; zum Perf. vgl. aufserdem 9, 38, 3; 45, 6, 11; nicht selten heifst es *superfuerant*; vgl. 2, 7, 5; 8, 11, 5; 24, 42, 5 u. a. — *liberi ..*] vgl. 40, 4.

4. *Boeben paludem*] j. Karlá-See, an der Grenze von Magnesien und Thessalien, östlich und südlich von dem Höhenzuge zwischen Pelion und Ossa, westlich von dem Hügelgebirge Karadagh oder Mavrovuni umgeben und so von der thessalischen Ebene geschieden; vgl. Lucan 7, 176: *Ossaeam Boebeida*; Bursian 1, 63.

5. *Cyretias*] j. Domenico, am Europus (Titaresios), dem bedeutendsten nördlichen Nebenflusse des Peneus; vgl. 36, 10, 5. 13, 4; 42, 53, 9. Noch jetzt findet sich in der Kirche von Domeniko eine Inschrift, welche eine Schenkung des Konsuls T. Quinctius Flamininus an die Kyretier enthält: *Τίτος Κοΐντιος στραταγὸς ὕπατος Ῥωμαίων Κυρετιέων τοῖς ταγοῖς .. χαίρειν ..*; s. CIG. I 1770. Die Ätoler scheinen also nördlich vom Peneus nach der Westgrenze Thessaliens zurückgegangen zu sein. — *Maloeam*] am westlichen Ufer des genannten Flusses; s. 36, 13, 4; 39, 25, 16; 42, 67, 7; Bursian 1, 56. — *societatemque*] wenn das Wort genau gebraucht ist, so hat sich die Stadt an den ätolischen Bund angeschlossen.

6. *Gomphos*] eine bedeutende Bergfestung auf einer vorspringenden Gebirgszunge des Pindus, südlich vom Peneus, bei dem jetzigen Episcopi; sie deckte den Übergang über das Kerketiongebirge nach Athamanien; vgl. 32, 14, 1. — *et*] fügt den folgenden Grund an.

7. *campos Thessaliae opimos*] die thessalische Ebene; s. zu 32, 4, 4. — *ad praedam*] = *ad praedandum*; s. 47, 5; ist der Zweck des *campos .. petiere*. — *sequente .. probante*] vgl. 22, 45, 5. — *quamquam*] s. 4, 53, 1; 42, 19, 3; Sall. Iug. 43, 1. — *non .. nec .. nec*] s. 1, 36, 3; 28, 32, 5; 34, 1, 5 u. a. — *aut*] weil in *sine* ein negativer Begriff liegt. — *muniendi*] s. dagegen § 10: *castris*; 42, 1: *vallo*.

8. *etiam*] gehört zu *sibi ac suis*. — *alicuius*] neben *ne*; s. 2, 2, 2; 10, 20, 16 u. a. — *subicientis*] am Fufse der Höhe, welche die Stadt ein-

9 Pharcadoni urbi videret, ipse paulo plus mille passuum inde tumu-
10 lum suis, quamvis levi munimento tutum, cepit. cum Aetoli, nisi quod populabantur, vix meminisse viderentur se in agro hostium esse, alii palati semermes vagarentur, alii in castris sine stationibus per somnum vinumque dies noctibus aequarent, Philippus
11 inopinantibus advenit. quem cum adesse refugientes ex agris quidam pavidi nuntiassent, trepidare Damocritus ceterique duces — et erat forte meridianum tempus, quo plerique graves cibo sopiti
12 iacebant —, excitare alii alios, iubere arma capere, alios dimittere ad revocandos, qui palati per agros praedabantur; tantaque trepidatio fuit, ut sine gladiis quidam equitum exirent, loricas pleri-
13 que non induerent. ita raptim educti, cum universi sescentorum aegre simul equites peditesque numerum explessent, incidunt in
14 regium equitatum numero, armis animisque praestantem. itaque primo impetu fusi vix temptato certamine turpi fuga repetunt castra; caesi captique, quos equites ab agmine fugientium inter-
42 clusere. Philippus iam suis vallo appropinquantibus receptui cani iussit; fatigatos enim equos virosque non tam proelio quam itineris simul longitudine, simul praepropera celeritate habebat.
2 itaque turmatim equites, in vicem manipulos levis armaturae

nahm. — *Pharcadoni**] vgl. Strabo 9, 5, 17, S. 438: *ἔστι δὲ Φαρκαδὼν ἐν τῇ Ἱστιαώτιδι .. ὁ Πηνειὸς .. ἐν ἀριστερᾷ ἀφεὶς Τρίκκην τε καὶ Πελλιναῖον καὶ Φαρκαδῶνα φέρεται παρὰ Ἄτρακα ..* Nach Bursian 1, 53 (vgl. Ussing, Reisen 49 f.) lag dieselbe am linken Ufer des Lethäus, östlich von dem Sumpfe Syr-Papás, bei dem Dorfe Kolokotó.

9. *plus mille passuum*] s. 3, 60, 3: *castris mille passuum ab hoste positis*; 38, 21, 1: *minus mille passuum a castris*; vgl. 28, 2, 3; 43, 11, 5 u. a. — *suis*] 'er nahm für die Seinigen in Beschlag'; s. 7, 1, 2; anders *capere* 9, 43, 20. — *munimento*] natürliche Schutzmittel.

10. *palati** *semermes vagarentur*] vgl. 2, 50, 6; 5, 44, 5; 7, 17, 8; 9, 31, 15: *latebras palati atque inermes repetebant*; 23, 42, 12: *vagos sine signis palatos*; 33, 15, 6. — *inopinantibus*] ist Dativ; sie glaubten ihn wohl noch mit den Römern beschäftigt.

11. *refugientes .. pavidi*] wie vorher *palati semermes*; nachher *graves cibo sopiti*; s. 1, 21, 1.

12. *tantaque*] abschliefsend; = 'überhaupt ..'

13. *educti*] nähere Bestimmung und Verbesserung von *exirent*. — *universi*]* — *simul equites peditesque*] s. 2, 12, 12; 3, 38, 12; 33, 12, 2 u. a. — *armis*] nicht an sich, sondern weil die Ätoler nicht vollständig bewaffnet waren.

14. *quos*] entweder *ii* oder *omnes*; vgl. 42, 6: *multi in hac quoque .. fuga*.

42. 1. *iam*] ist des Nachdrucks wegen von *vallo appropinquantibus* getrennt. — *fatigatos .. habebat*] s. 21, 7. — *equos virosque*] s. 5, 37, 5. — *simul .. simul*] soll die Gleichzeitigkeit beider Gründe hervorheben, was 41, 13 durch *simul .. que* nicht so geschieht.

2. *in vicem manipulos*] ein Manipel nach dem anderen; ebenso bedeutet *turmatim* hier: 'eine Turme nach der anderen', 'turmenweise';

[redacted]

aquatum ire et prandere iubet, alios in statione armatos retinet, 3
opperiens agmen peditum tardius ductum propter gravitatem ar-
morum. quod ubi advenit, et ipsis imperatum, ut statutis signis 4
armisque ante se positis raptim cibum caperent binis ternisve
summum ex manipulis aquandi causa missis; interim eques cum
levi armatura paratus instructusque stetit, si quid hostis move-
ret. Aetoli — iam enim et quae per agros sparsa multitudo fue- 5
rat receperat se in castra — ut defensuri munimenta circa por-
tas vallumque armatos disponunt, dum quietos hostes ipsi fe-
roces ex tuto spectabant. postquam mota signa Macedonum sunt 6
et succedere ad vallum parati atque instructi coepere, repente
omnes relictis stationibus per aversam partem castrorum ad tu-
mulum ad castra Athamanum perfugiunt. multi in hac quoque
tam trepida fuga capti caesique sunt Aetolorum. Philippus, si 7
satis diei superesset, non dubius, quin Athamanes quoque exui
castris potuissent, die per proelium, deinde per direptionem ca-
strorum absumpto sub tumulo in proxima planitie consedit prima
luce insequentis diei hostem adgressurus. sed Aetoli eodem pa- 8
vore, quo sua castra reliquerant, nocte proxima dispersi fugerunt.
maximo usui fuit Amynander, quo duce Athamanes itinerum
periti summis montibus per calles ignotas sequentibus eos hosti-

beide Ausdrücke wie § 4: *manipulis* sind römischen Einrichtungen entlehnt. — *prandere*] dagegen § 4: *cibum caperent*, da nach 41, 11 Mittag bereits vorbei ist.

4. *statutis signis*] wie vorher *in statione*; häufiger *constituere signa*; s. 36, 8; 33, 10, 3; 34, 20, 5 u. a.; vgl. 27, 16, 11; 28, 15, 10. — *binis ternisve*] 'immer nur zwei oder drei'; es können jetzt so wenige Wasser holen, da die leichten Truppen Schutz gewähren. — *manipulis*] wie § 2 kleinere Abteilungen der Phalanx (διλοχίαι, τετραρχίαι u. a.). — *si quid hostis moveret*] 'wenn .. etwas unternähme, eine Bewegung machte'; vgl. 46, 7; 4, 21, 3; 21, 52, 4.

5. *iam enim et* ..] s, 40, 5; die übrigen waren schon versammelt, und jetzt hatte sich 'auch' . .; *et* ist auf den Gesamtbegriff *quae* . . *fuerat* bezogen; gewöhnlich wird in diesem Falle *is* oder *ille* hinzugesetzt; s. 45, 15, 2; Cic. de fin. 4, 62; Tusc. 4, 74. — *receperat*]* — *dum* .. *spectabant*] 'so lange sie noch . .'; s. zu 5, 25, 3; hier nicht ohne Ironie.

6. *aversam partem castrorum*] s. 4, 22, 4: *aversa parte urbis*; 8, 26, 4; 34, 47, 1; Tac. Hist. 2, 51: *aversam partem domus*; Vell. 2, 63: *aversa castrorum*. — *ad* .. *ad**] s. zu 21, 49, 3; = nach dem Hügel, wo .. war, oder: nach dem Lager auf dem Hügel.

7. *superesset* . . *potuisset*] s. zu 4, 12, 7; 10, 45, 3; vgl. 23, 11.

8. *dispersi*] vgl. § 9: *dispersa fuga*; 28, 20, 8: *dissipata fuga*; 42, 8, 1: *diversa fuga*; sie fliehen auf verschiedenen Wegen. — *quo duce*] so dafs er die Oberleitung bei dem Rückzug hat; die Führer auf den einzelnen Bergpfaden (s. 32, 14, 8: *duces*) sind die *itinerum periti*. — *summis montibus*] s. 26, 11, 11; 36, 24, 8; der Ablativ ist

9 bus in Aetoliam perduxerunt. non ita multos in dispersa fuga
error intulit in Macedonum equites, quos prima luce Philippus, ut
desertum tumulum videt, ad carpendum hostium agmen misit.

43 1 Per eos dies et Athenagoras regius praefectus Dardanos re-
2 cipientes se in finis adeptus postremum agmen turbavit; dein,
postquam Dardani conversis signis direxere aciem, aequa pugna
iusto proelio erat. ubi rursus procedere Dardani coepissent,
equite et levi armatura regii nullum tale auxilii genus habentes
Dardanos oneratosque inmobilibus armis vexabant; et loca ipsa
3 adiuvabant. occisi perpauci sunt, plures vulnerati, captus nemo,
quia non excedunt temere ordinibus suis, sed confertim et pu-
gnant et cedunt.

4 Ita damna Romano accepta bello duabus per opportunas ex-
peditiones coercitis gentibus restituerat Philippus incepto forti,
non prospero solum eventu. minuit deinde ei forte oblata res
5 hostium Aetolorum numerum. Scopas, princeps gentis, ab Ale-

der Bedeutung nach etwas verschieden von *per*; s. 2, 23, 8. — *calles*] s. 22, 14, 8; 38, 2, 10; die Athamanen konnten dieselben kennen, da sie an der Westseite des Pindus wohnten. — *sequentibus*] ist Dativ, von *ignotas* abhängig; s. zu 23, 12, 1; das Particip ist als Conatus und kondizional zu nehmen, = *ignotas hostibus, si forte sequi vellent*; vgl. 5, 28, 12: *lux metum .. sequentibus abstulit*; 5, 36, 10; 9, 18, 4; 29, 14, 9.

9. *non ita*] findet sich bei Liv. selten; s. 33, 45, 4; 35, 11, 2. 50, 8; gewöhnlich sagt er *haud ita*. — *prima luce*] wie 5, 28, 12; 35, 34, 9; 42, 64, 3; dagegen *luce prima* 29, 7, 3 u. a.; vgl. 21, 21, 6. — *misit*] nach *videt*; s. 39, 9.

43. 1. *Dardanos*] s. 40, 8.

2. *dein*] ohne *primum* vorher; vgl. 4, 3, 11; 7, 15, 11; 35, 11, 10: *Numidae adequitare, dein refugere*. — *aequa pugna iusto proelio*] der Kampf war gleich (d. h. es wurde von beiden Seiten in gleicher Weise, ohne Entscheidung, gekämpft) in regelmäfsiger Schlacht; vgl. 23, 40, 9: *levia certamina .. inita, postremo descensum in aciem signis conlatis iusto proelio .. pugnatum*; an u. St. steht *iustum proelium* dem *turbare* (vgl. 40, 8: *carpendo*) gegenüber; vgl. 33, 4, 3. 14; zu 34, 28, 11. — *ubi .. coepissent*] iterativer Konj.; s. zu 26, 25, 7. — *tale* auxilii genus*] vgl. 5, 43, 3. — *Dardanos*] die dreifache Wiederholung eines Wortes hat Liv. nicht immer vermieden; s. 38, 3; 32, 19, 1. — *inmobilibus*] wie die Phalanx und die Thraker; s. 39, 10 ff.; ähnlich, aber als Reiter, die Sarmaten bei Tac. Hist. 1, 79.

3. *non .. temere*] 'nicht leicht'; 'nicht ohne Grund'; dann war jedoch auch das *carpere* (s. 40, 8) nicht möglich.

4. *restituerat*] wie *res perditas restituere* 25, 37, 1. — *incepto forti*] vgl. 9, 11, 4: *fortia consilia*; 22, 44, 7; 40, 56, 4. — *non .. solum*] s. 28, 40, 5; Cic. Phil. 2, 11: *haec tu homo sapiens, non solum eloquens .. ausus es vituperare*; ad fam. 14, 14, 1 u. a.

5. *Scopas*] früher Strateg, dann 204 v. Chr. mit Dorimachus zur Revision der Verfassung des ätolischen Bundes gewählt, hatte bei dieser Gelegenheit seine ehrgeizigen Pläne nicht durchsetzen können

xandrea magno cum pondere auri ab rege Ptolomaeo missus, sex
milia peditum et quingentos equites mercede conductos Aegyptum
vexit; nec ex iuventute Aetolorum quemquam reliquisset, ni Da- 6
mocritus nunc belli, quod instaret, nunc futurae solitudinis ad-
monens, incertum cura gentis an ut adversaretur Scopae parum 7
donis cultus, partem iuniorum castigando domi continuisset. haec 44
ea aestate ab Romanis Philippoque gesta terra; classis a Corcyra
eiusdem principio aestatis cum L. Apustio legato profecta Maleo
superato circa Scyllaeum agri Hermionici Attalo regi coniuncta
est. tum vero Atheniensium civitas, cui odio in Philippum per me- 2
tum iam diu moderata erat, id omne in auxilii praesentis spem
effudit. nec umquam ibi desunt linguae promptae ad plebem 3
concitandam; quod genus cum in omnibus liberis civitatibus, tum
praecipue Athenis, ubi oratio plurimum pollet, favore multitu-
dinis alitur. rogationem extemplo tulerunt plebesque scivit, ut 4

und war nach Ägypten gegangen (s. Pol. 13, 1 f.), wo er jetzt Oberbefehlshaber des Heeres ist, welches das von Antiochus eroberte Cölesyrien wieder einnehmen soll; s. 33, 19, 8; Pol. 16, 18 f. 39. — *Ptolomaeo*] s. zu 2, 3. — *conductos*] die Ätoler, wie viele andere Griechen, dienen schon seit langer Zeit als Söldner den Königen und anderen Staaten. — *Aegyptum*] s. zu 10, 37, 1; da das Ziel bezeichnet werden soll, konnte *vexit* stehen statt eines Kompositums wie *avexit*.

6. *nunc . . nunc*] s. zu 2, 9, 1. — *instaret*] gegenwärtig sei und dränge; s. 2, 48, 6: *bella praesentia instabant*; 28, 38, 9; 32, 4, 7. 36, 6.

7. *incertum . . an*] s. 41, 2. — *ut*] ʻnur um . .ʼ; *parum . .* enthält dazu den Grund; zur Sache s. 33, 11, 7. — *castigando*] nach *admonens*; vgl. 10, 31, 15. — *gesta terra**] in scharfem Gegensatz hierzu wird mit *classis* fortgefahren.

44—47, 3. Unternehmungen der verbündeten Flotten. Dio Cass. fr. 58, 4; Zon. 9, 15.

1. *classis*] die Hauptflotte, nicht die den Athenern zu Hülfe geschickte Abteilung; s. 14, 3. Jene kommandierte Apustius; s. 27, 8; sie hat zu Corcyra überwintert und beginnt, wie das Heer, im Frühling 199 die Operationen; s. 22, 5. 40, 10. — *Maleo**] vgl. 47, 2; 32, 16, 4. 5; 34, 32, 18; 42, 56, 1; es kann dazu *promunturio* gedacht werden; vgl. Flor. 1, 25 (2, 9), 4 *iugum Maleum*; ebd. 1, 40 (3, 6), 3: *sinum Maleum*; gewöhnlicher ist die Form *Malea*. — *Scyllaeum*] Vorgebirge an der Südostspitze von Argolis; die Landschaft hiefs *Hermionis* von der Stadt *Hermione*; vgl. 36, 42, 6, wo *agri Hermionici* nicht hinzugesetzt ist; über den Genetiv s. 45, 6. 15; zu 27, 30, 7. — *Attalo*] statt *Attali classi*; zur Sache s. 15, 9.

2. *cui odio . . id*] s. 1, 1, 7; 21, 18, 10; 24, 1, 9; 27, 42, 16. — *Philippum*]* — *iam diu . .*] kurz statt: den sie zwar schon lange gehegt, aber bisher gezügelt hatten. — *in . . spem*] ʻauf . . hinʼ, d. h. ʻin der Hoffnungʼ; s. 6, 11, 5; 10, 6, 11; zu 21, 43, 7.

3. *desunt*] s. 24, 25, 8; Liv. folgt auch hier wohl dem Polybios, der sich mehrfach gegen die Demokratie ausspricht; s. Pol. 5, 106; 16, 25; doch hält Liv. auch selbst nicht viel von den Griechen der späteren Zeit; s. § 9; 14, 6. 15, 2; Hertzberg 1, 101.

4. *extemplo*] vgl. 24, 1, 7. 25, 10; anders in Rom. — *tulerunt*]

Philippi statuae, imagines omnes nominaque earum, item maiorum eius virile ac muliebre secus omnium tollerentur delerenturque diesque festi, sacra, sacerdotes, quae ipsius maiorumque
5 eius honoris causa instituta essent, omnia profanarentur; loca quoque, in quibus positum aliquid inscriptumve honoris eius causa fuisset, detestabilia esse, neque in iis quicquam postea poni dedicarique placere eorum, quae in loco puro poni dedicarique
6 fas esset; sacerdotes publicos, quotienscumque pro populo Athe-

'man' oder die vorher bezeichneten Redner; die Ausdrücke, ebenso *plebs scivit* und § 7: *iussurum*, sind von römischen Verhältnissen entlehnt. — *statuae imagines**] s. 32, 16, 17; 44, 32, 4; *imagines* sind Gemälde, verschieden von *statuae*, welche Standbilder oder auch nur Gedenksäulen sein können. — *nominaque earum*] die auf den Basen der Statuen angebrachten Namen und Lobpreisungen, welche an Philipp hätten erinnern können; s. Cic. in Verr. 4, 74: *haec (Diana) erat posita . . sane excelsa in basi, in qua grandibus litteris P. Africani nomen erat incisum eumque Carthagine capta restituisse perscriptum*; vgl. ebd. 2, 159 f. — *secus*] s. zu 26, 47, 1; vgl. Tac. Ann. 1, 62. — *diesque festi . . sacerdotes*] schon seit dem Ende des peloponnesischen Krieges, besonders seit Alexander dem Grofsen, war es in Griechenland Sitte geworden, die Könige wie die Götter zu verehren, ihnen Tempel, Altäre, Priester zu widmen u. s. w.; s. 14, 12; Schömann 1, 557. — *quae*]* — *ipsius maiorumque* eius*] die einen für diese, die anderen für ihn selbst; s. 42, 4: *binis ternisque*; 3, 55, 13 u. a.; die *maiores* sind wohl Demetrios Poliorketes, Antigonos Gonatas, Antigonos Doson. Über die Häufung der Genetive s. 50, 4; Praef. 3. — *profanarentur*] s. Macrob. Sat. 3, 3, 4: *Trebatius profanum id proprie dici ait, quod ex religioso vel sacro in hominum usum proprietatemque conversum est*; dies geschah durch die *resecratio*, die Aufhebung der *consecratio*; s. Paul. Diac. S. 280: *resecrare, solvere religione*; vgl. 1, 55, 3: *exauguratio*.

5. *loca quoque*] auch die Orte, nicht allein die Gegenstände. — *positum*] die *statuae* und *imagines* u. a.; vgl. 38, 43, 6. — *inscriptum . . fuisset*] '(früher) . . worden wäre'; s. 48, 7; 34, 10, 5 u. a.; es sind die *nomina* gemeint. — *detestabilia*] 'des Fluches würdig'; über diese soll die *detestatio* und *exsecratio* (s. § 6) ausgesprochen werden. — *poni*] wird oft von Gegenständen gebraucht, welche den Göttern geweiht werden, wie Statuen, Tempeln, Altären u. s. w. — *placere*] fügt einen neuen Teil des Volksbeschlusses (*plebes scivit*) in anderer Form an; s. 5, 9; 3, 13, 6. 40, 5 u. a.; über den Wechsel der Konstr. s. 3, 27, 4; 26, 10, 2; 33, 31, 11; 42, 66, 2 u. a.; ebenso geht bisweilen der Inf. voran, während der Konjunktiv folgt; s. 8, 8; 3, 32, 6; zu 24, 10, 3 u. a. — *puro*] s. 25, 17, 3; vgl. Ulp. Dig. XI 7, 1, 2 § 4: *purus autem locus dicitur, qui neque sacer neque sanctus est neque religiosus, sed ab omnibus huiusmodi nominibus vacare videtur*, also frei von allen Beziehungen auf die Götter und heilige Gegenstände, aber so beschaffen, dafs etwas auf demselben für religiöse Zwecke aufgestellt oder geweiht werden kann.

6. *sacerdotes publicos*] auch *sacerdotes populi Romani* genannt; = die den Staat in religiösen Verhältnissen vertreten; s. Marq. 3,

[redacted]

niensi sociisque, exercitibus et classibus eorum precarentur, totiens detestari atque exsecrari Philippum, liberos eius regnumque, terrestres navalesque copias, Macedonum genus omne nomenque.
additum decreto, si quis quid postea, quod ad notam ignomi- 7
niamque Philippi pertineret, ferret, id omne populum Athenien-
sem iussurum; si quis contra ignominiam prove honore eius di- 8
xisset fecissetve, qui occidisset eum, iure caesurum. postremo inclusum, ut omnia, quae adversus Pisistratidas decreta quondam
erant, eadem in Philippo servarentur. Athenienses quidem litte- 9
ris verbisque, quibus solis valent, bellum adversus Philippum ge-
rebant; Attalus Romanique, cum Piraeum primo ab Hermione pe- 45
tissent, paucos ibi morati dies oneratique aeque immodicis ad 2
honores sociorum, atque in ira adversus hostem fuerant, Athe-
niensium decretis navigant a Piraeo Andrum. et cum in portu, 3
quem Gaurion vocant, constitissent, missis, qui temptarent oppidanorum animos, si voluntate tradere urbem quam vim experiri

211 ff. — *pro populo..classibus*] s. 29, 27, 2. — *detestari atque exsecrari*] vgl. 10, 41, 3; = unter Anrufung der Götter als Zeugen ihn und alles Seinige für ausgestofsen aus der Verbindung der *sacra*, für *sacer* (s. § 8) erklären, 'verfluchen'. — *genus omne nomenque*] das Volk und alle, die diesen Namen führen; s. 2, 45, 16; 9, 34, 5.

7. *additum*..] ein Zusatzartikel des Beschlusses, wie § 8: *inclusum*; vgl. 7, 41, 4. — *notam*] die tadelnde Bemerkung; *ignominia*: die daraus folgende Schande, wie bei der Rüge der Censoren; s. 24, 18, 9. — *iussurum*] es wird die bestimmte Erwartung ausgesprochen.

8. *qui occidisset . . caesurum*] vgl. 8, 3; = der wird einen gesetzlichen Mord begehen, der ihn tötet; derjenige, welcher etwas zu Ehren Philipps beantragt, soll *sacer* sein; s. 3, 55, 7; 22, 10, 6; im senatusconsultum de Bacch. *sei ques essent, quei arvorsum ead fecissent ..eeis rem caputalem faciendam censuere.* — *Pisistratidas*] Hippias und Hipparch. Die Sache selbst wird weder von Thuk. 6, 59 noch von Herodot 5, 65 erwähnt. — *in Philippo*] s. 28, 43, 8; 34, 2, 1 u. a.

9. *Athenienses quidem*] ironisch: 'so führten denn' u. s. w.; vgl. 40, 12, 11; schliefst das Vorhergehende ab, steht aber zugleich zu 45, 1: *Attalus*.. im Gegensatze, wie sonst auch *et*..*quidem*..(*sed*); s. 36, 3. — *litteris verbisque*] vgl. Demosth. Phil. 1, 19: *τὰς ἐπιστολομαίους δυνάμεις*; ebd. 30: *χειροτονήσετε, ἵνα μὴ μόνον ἐν τοῖς ψηφίσμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς πολεμῆτε Φιλίππῳ.* — *adversus Philippum*] vgl. 41, 23, 1.

45. 1. *primo*] statt *deinde* folgt *ibi morati*.. — *oneratique*] wie schon 15, 2.

2. *immodicis ad*..] s. 7, 40, 2. — *in ira*]* — *fuerant*] näml. *immodica*; ist auf *decreta* bezogen, während eigentlich eine Eigenschaft der Athenienser bezeichnet wird. — *Andrum*] diese Insel ist noch vom König besetzt; s. 15, 8; das im folgenden erwähnte *Gaurion** ist eine Bucht an der Nordwestseite der Insel, die der Stadt Andros als Hafen diente; s. Xenoph. Hell. 1, 4, 22: *τῆς Ἀνδρίας χώρας εἰς Γαύριον*; Diod. 13, 69.

4 mallent, postquam praesidio regio arcem teneri nec se potestatis suae esse respondebant, expositis copiis apparatuque omni urbium oppugnandarum diversis partibus rex et legatus Romanus
5 ad urbem subeunt. plus aliquanto Graecos Romana arma signaque non ante visa animique militum tam prompte succedentium
6 muros terruere; itaque fuga extemplo in arcem facta est, urbe hostes potiti. et in arce cum biduum loci se magis quam armorum fiducia tenuissent, tertio die pacti ipsi praesidiumque, ut cum singulis vestimentis Delium Boeotiae transveherentur, urbem
7 arcemque tradiderunt. ea ab Romanis regi Attalo concessa; praedam ornamentaque urbis ipsi avexerunt. Attalus, ne desertam haberet insulam, et Macedonum fere omnibus et quibusdam An-
8 driorum, ut manerent, persuasit. postea et ab Delio, qui ex pacto travecti eo fuerant, promissis regis, cum desiderium quoque patriae facilius ad credendum inclinaret animos, revocati.
9 Ab Andro Cythnum traiecerunt. ibi dies aliquot oppugnanda urbe nequiquam absumpti, et, quia vix operae pretium erat, ab-
10 scessere. ad Prasias — continentis Atticae is locus est — Issaeorum viginti lembi classi Romanorum adiuncti sunt. ii missi

4. *praesidio regio*] Philipp scheint durch dieses praesidium die Insel behaupten zu wollen; s. 31, 1. — *potestatis suae esse*] 'sie könnten nicht über sich verfügen', seien nicht selbständig; s. 1, 38, 2; 28, 29, 4: *cum arbitrii sui esse* ... vgl. 41, 2; 6, 10, 3; 32, 39, 2. — *diversis partibus*] vgl. 25, 22, 5. — *ad urbem subeunt*] 'rückten gegen' die folgenden ... *muros* = 'erstiegen', da die Feinde sogleich dieselben verlassen; vgl. 31, 26, 1.

5. *plus aliquanto*] s. zu 2, 37, 4. — *non ante*] s. zu 28, 18, 6. — *succedentium muros*] s. zu 22, 28, 12.

6. *fuga ... facta est* = flohen die Griechen; *hostes* sind die vorher Genannten. — *pacti*] s. 17, 2; 22, 15, 2; 34, 29, 13 u. a. — *singulis vestimentis*] s. zu 17, 3. — *Delium*] nahe an der Grenze von Attika im Gebiete von Tanagra; s. 35, 51, 1. — *Boeotiae*] s. zu 24, 1.

7. *ea*] näml. die Stadt und die Burg. — *ornamentaque*] die Statuen, Gemälde u. s. w. werden als ein besonderer Teil der Beute hervorgehoben. Das Verfahren ist dasselbe, wie das im Bündnis mit den Ätolern (s. 26, 24, 11) festgesetzte; auffallend ist, daß die Insel nicht dem König von Ägypten zurückgegeben wird. — *haberet*] hier = 'in Besitz habe'; vgl. 42, 1. — *Macedonum fere omnibus*] vgl. zu 16, 31, 3.

8. *inclinaret animos*] s. 29, 33, 10. — *revocati*] 'sie ließen sich zurückrufen'.

9. *Cythnum*] s. 15, 8. — *absumpti ... abscessere*] der Wechsel der Subjekte ist wie 40, 1; aber ist u. St. nicht ohne Härte. — *operae pretium erat*] es lohnte sich nicht, noch längere Zeit mit der Belagerung zu verlieren; vgl. zu 25, 19, 11.

10. *Prasias*] an der östlichen Küste. — *continentis*] vgl. 40, 2; 46, 12. — *Issaeorum*] von der kleinen Insel Issa an der Küste von Dalmatien; daher 42, 48, 8 neben Pyrrhus genannt; die Bewohner waren tüchtige Seeleute; s. 32, 21, 27; Pol. 2, 8. Die Form *Issaei* ist

[redacted]

ad populandos Carystiorum agros; cetera classis Geraestum, no-
bilem Euboeae portum, dum ab Carysto Issaei redirent, tenuit.
inde omnes velis in altum datis mari medio praeter Scyrum in- 11
sulam Icum pervenere. ibi paucos dies saeviente Borea retenti,
ubi prima tranquillitas data est, Sciathum traiecere, vastatam ur- 12
bem direptamque nuper a Philippo. per agros palati milites fru- 13
mentum et si qua alia usui esse ad vescendum poterant ad naves
rettulere; praedae nec erat quicquam, nec meruerant Graeci, cur
diriperentur. inde Cassandream petentes primo ad Mendaeum, 14
maritimum civitatis eius vicum, tenuere. inde cum superato pro-
munturio ad ipsa moenia urbis circumagere classem vellent, saeva
coorta tempestate prope obruti fluctibus, dispersi, magna ex
parte amissis armamentis in terram effugerunt. omen quoque 15
ea maritima tempestas ad rem terra gerendam fuit. nam con-
lectis in unum navibus expositisque copiis adgressi urbem, cum
multis vulneribus repulsi — et erat validum ibi regium praesi-

die gewöhnliche; s. 32, 21, 27; 37, 16, 8; 42, 26, 2. 4. 48, 8; daneben *Issenses* 45, 26, 13 (vgl. 43, 9, 5); vgl. Pol. 2, 11, 12: Ἰσσαίους; 32, 18, 1: Ἰσσίων. — *Geraestum*] Vorgebirge und Hafen an der Südseite Euböas, zu dem Gebiete von Carystus gehörig, wie Delium (s. § 6) zu Tanagra, Mendis (s. § 14) zu Cassandrea; vgl. 44, 10, 12. — *tenuit*] ist wegen des Zusatzes *dum .. redirent* zu nehmen als 'hielt zu .. an'; vgl. § 11: *retenti*; 46, 8: *classem ibi tenebat*; ähnlich § 14: *ad Mendaeum.. tenuere* = 'sie legten (einstweilen) bei M. an'; vgl. zu 44, 28, 7; anders 32, 9, 6; vgl. 1, 1, 4.

11. *Scyrum*] weiter östlich als das unmittelbar an der Küste von Euböa liegende *Icus*. — *mari medio*] im Gegensatz zur Küstenfahrt = 'mitten auf . . hin'; vgl. Tac. Hist. 2, 2.

12. *Sciathum*] an der Küste von Magnesia. — *vastatam urbem*] ohne *in*; s. zu 3, 1, 5; zur Sache s. 28, 6.

13. *praedae*] um einen Begriff hervorzuheben oder um ihn, wie bei dem Relativum, an das Vorhergehende anzuknüpfen, wird derselbe bei korrespondierenden Begriffen bisweilen dem ersten vorangestellt, als ob er zu beiden gehörte; so bei *et ..et* und *nec..nec* (s. 21, 15, 4; 22, 6, 2; 33, 9, 10. 27, 10; 34, 62, 1; 39, 40, 9; 44, 26, 14), bei *aut.. aut* (s. 2, 27, 2; 23, 7, 6), *ut..ita*; s. 9, 4, 9; 28, 37, 6; vgl. 37, 47, 4: *unum .. alterum* u. a.

14. *Cassandream*] s. 44, 11, 2: *condita est (Cassandrea) a Cassandro rege in ipsis faucibus, quae Pallenensem agrum ceterae Macedoniae iungunt, hinc Toronaico hinc Macedonico saepta mari*; vgl. 28, 8, 14; es wurde da erbaut, wo früher Potidäa stand. — *Mandaeum**] sonst heifst der Ort *Mendis* oder *Mendae* (s. Plin. 4, 36), wovon die Form an u. St. vielleicht Adjektiv ist; vgl. Kuhn 2, 401. — *maritimum .. vicum*] sonst *emporium* genannt; vgl. 28, 6, 12. — *moenia..*] näml. von Cassandrea. — *obruti .. dispersi . .*] = *cum prope . . obruti essent, dispersi ..* — *armamentis*] s. 33, 48, 8.

15. *omen quoque..*] es war nicht allein an sich ein Unglück, sondern auch. — *in unum*] s. 28, 3, 9. — *cum multis vulneribus*] s. 43, 21, 1. — *ad*

dium — irrito incepto regressi ad Canastraeum Pallenes traie-
cere. inde superato Toronae promunturio navigantes Acanthum
16 petiere. ibi primo ager vastatus, deinde ipsa urbs vi capta ac
direpta. nec ultra progressi — iam enim et graves praeda naves
habebant — retro, unde venerant, Sciathum et ab Sciatho Eu-
46 boeam repetunt. ibi relicta classe decem navibus expeditis sinum
Maliacum intravere ad colloquendum cum Aetolis de ratione ge-
2 rendi belli. Pyrrhias Aetolus princeps legationis eius fuit, quae
ad communicanda consilia Heracleam cum rege et cum Romano
3 legato venit. petitum ex foedere ab Attalo est, ut mille milites
praestaret; tantum enim numerum bellum gerentibus adversus
4 Philippum debebat. id negatum Aetolis, quod illi quoque gravati
prius essent ad populandam Macedoniam exire, quo tempore,
Philippo circa Pergamum urente sacra profanaque, abstrahere

Canastraeum] die Südostspitze der westlichen Landzunge von Chalcidice: Pallene; s. 44, 11, 3: *eminet in altum lingua .. obversa in regionem Magnesiae duobus imparibus promunturiis, quorum maiori Posideum est nomen, minori Canastraeum.* — *ad Canastraeum .. traiecere*] s. 37, 13, 1: *ad Macrin.. insulam traiecit*; ebd. § 3. — *Pallenes*] vgl. zu § 6. — *Toronae**] s. 45, 30, 4: *portus ad Toronen*; s. zu § 14. — *navigantes*] zur Veranschaulichung hinzugefügt, wie sonst oft *profectus*. — *Acanthum*] an der Nordostseite der dritten Landzunge: Akte.

16. *iam enim et*] 'denn .. auch schon ..'; s. zu 21, 48, 7; vgl. 42, 5. — *retro, unde venerant*] s. 24, 20, 3. — *Euboeam*] nach dem Folgenden ist die Nordküste gemeint, was durch *ibi* nur unbestimmt angedeutet ist.

46. 1. *Maliacum*] s. 27, 30, 3. — *ratione gerendi belli*] den Kriegsplan.

2. *Pyrrhias**] ist wahrscheinlich der 27, 30, 1 (vgl. Pol. 5, 30, 2. 91, 3) erwähnte, der Ol. 142, 3 Strateg gewesen war; doch sieht man nicht, warum nicht der damalige Strateg (s. 40, 9) mit dem Oberfeldherrn verhandelt. Die Ätoler scheinen nicht gewagt zu haben, allein einen Angriff auf das von Philipp besetzte Thessalien zu machen, wie sie auch früher schon mit den Akarnanen gemeinschaftlich handeln; s. 41, 1. Übrigens fällt es auf, dafs sie jetzt Unterstützung begehren, dagegen 33, 3, 9 selbst den Römern Hülfe senden. Da sie schon in Thessalien eingefallen sind, so ist anzunehmen, dafs die Verhandlung vorher stattgehabt hat; s. 40, 10: *adventum Oreum.* — *legationis eius*] 'einer' Gesandtschaft..; dafs eine Versammlung der Apokleten (s. 36, 28, 8) stattgefunden habe, wird nicht angedeutet. — *quae*]* — *Heracleam*] wohl die 28, 5, 13 erwähnte Stadt. — *cum legato*] gehört zu *communicanda*; der Name *Heracleam* ist störend zwischen die zusammengehörenden Begriffe gestellt; vgl. 18, 4.

3. *ex foedere*] 'dem Bündnis gemäfs'; über Attalus' Verhältnis zu den Ätolern s. 15, 9. — *ab Attalo*] die Zweideutigkeit wird durch das Folgende entfernt.

4. *gravati .. essent*] s. 44, 38, 3; wohl aus dem 15, 9 angegebenen Grunde, da sie ihnen selbst widerfahrene Verletzungen nicht gerächt haben; s. 32, 33, 15. — *quo tempore, Philippo . .*] auf dem 14, 3 (vgl. 32, 33, 5) erwähnten Zuge; s.

[redacted]

eum inde respectu rerum suarum potuissent. ita Aetoli cum spe 5
magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi; Apustius cum Attalo ad classem redit.

Inde agitari de Oreo oppugnando coeptum. valida ea civitas 6
et moenibus et, quia ante fuerat temptata, firmo erat praesidio. coniunxerant se iis post expugnationem Andri cum praefecto
Agesimbroto viginti Rhodiae naves, tectae omnes. eam classem 7
in stationem ad Zelasium miserunt — Phthiotidis super Demetriadem promunturium est peropportune obiectum —, ut, si quid
inde moverent Macedonum naves, in praesidio essent. Heracli- 8
des, praefectus regius, classem ibi tenebat, magis per occasionem, si quam neglegentia hostium dedisset, quam aperta vi quic-
quam ausurus. Oreum diversi Romani et rex Attalus oppugna- 9
bant, Romani a marituma arce, regii adversus vallem inter duas

Pol. 16, 1, 1: *Φίλιππος .. παραγενόμενος εἰς τὸ Πέργαμον .. πᾶσαν αἰκίαν ἐναπεδείκνυτο.* — *eum*] nach *Philippo .. urente*; s. 32, 38, 7; zu 1, 28, 10. — *respectu rerum suarum*] durch die Nötigung, auf seine Staaten Rücksicht zu nehmen; *suarum* ist auf *eum* bezogen; s. 4, 33, 5.

5. *auxilio*] die Römer mochten nicht geneigt sein, den Ätolern Hülfe zu leisten (s. 34, 23, 7), auch hätten die Ätoler wohl von dem Flottenkommandeur diese Hülfe nicht erhalten können.

6. *agitari .. coeptum*] ist bei Liv. nicht selten; s. 6, 1, 11; 9, 35, 8 u. a. — *ante fuerat temptata*] da von einer Unternehmung gegen Oreus auf dieser Expedition noch nicht die Rede gewesen ist, so denkt Liv. wohl an die 28, 6, 1 ff. geschilderte, bei der aber nicht ein bloſser Versuch gemacht, sondern die Stadt wirklich erobert wurde. — *iis*] wer gemeint sei, zeigt der Zusammenhang. — *expugnationem Andri*] also bald nach dem Beginn der Expedition und hier nur beiläufig erwähnt. — *tectae*] s. 22, 8.

7. *in stationem ad ..*] 'auf die Rhede bei ..'; s. 25, 27, 8; 28, 6, 9. — *ad Zelasium*] der Ort scheint sonst nicht erwähnt zu werden, aber nach dem Folgenden ein Vorgebirge von Phthiotis gewesen zu sein. — *Phthiotidis*]* — *super*] kann nur bedeuten, daſs der Ort 'über' Demetrias, das jetzige Volo, 'hinaus', jenseits desselben gelegen habe; wahrscheinlich von Oreus aus betrachtet, wenn man von Demetrias am Meere weiter (westlich) geht. — *peropportune obiectum*] ist absolut gesagt (s. 29, 2, 14 u. a.), aber in Bezug auf Demetrias gebraucht, = 'vor diesem liegend', so daſs das Auslaufen der Schiffe von dort gehindert werden kann; nach 33, 1 ist die macedonische Flotte in dem Hafen von Demetrias versammelt. — *si quid inde moverent*] 'wenn sie von dort aus eine Bewegung machen wollten'; zum Ausdr. vgl. 42, 4. — *inde*] und § 8: *ibi* beziehen sich ungewöhnlich auf das in der Parenthese stehende *Demetriadem*; vgl. 4, 4, 1; Tac. Ann. 2, 6: *Rhenus .. adfluens .. verso cognomine Vahalem accolae dicunt .. mox id quoque vocabulum mutat.*

8. *Heraclides*] s. 33, 2.

9. *diversi*] s. 10, 33, 10; vgl. 45, 4. — *a marituma arce*] s. 28, 6, 2: *duas arces urbs* (*Oreus*) *habet, unam imminentem mari; altera urbis media est*; ebd. § 4: *porta maritumae arcis*; unten § 15. — *adversus vallem*] 'in der Richtung

10 iacentem arces, qua et muro intersaepta urbs est. et ut loca di-
versa, sic dispari modo etiam oppugnabant: Romanus testudini-
bus et vineis et ariete admovendo muris, regii ballistis catapul-
tisque et alio omni genere tormentorum tela ingerentes et pon-
dere ingenti saxa; faciebant et cuniculos et quidquid aliud priore
11 oppugnatione expertum profuerat. ceterum non plures tantum
Macedones quam ante tuebantur urbem arcesque, sed etiam prae-
sentioribus animis, et castigationis regis in admissa culpa et
simul minarum, simul promissorum in futurum memores. ita-
que cum praeter spem tempus ibi traheretur, plusque in obsi-
dione et in operibus quam in oppugnatione celeri spei esset,
12 interim et aliud agi posse ratus legatus, relictis quot satis vide-
bantur ad opera perficienda, traicit in proxima continentis Lari-
samque — non illam in Thessalia nobilem urbem, sed alteram,
quam Cremasten vocant — subito adventu praeter arcem cepit.

nach einem Thale hin'; s. 7, 14, 9; 32, 33, 6 u. a. — *et muro*] 'auch durch eine Mauer'; durch *et* scheint angedeutet, dafs sowohl das Thal, als auch die Mauer zwischen beiden Burgen hinlief und so den einen Teil der Stadt von dem anderen schied; vgl. 8, 25, 5; 24, 23, 4; 25, 11, 2: *vallo urbem ab arce intersaepire statuit*; 34, 40, 1.

10. *loca diversa*] wie dadurch die Verschiedenheit der Bestürmungsmittel bedingt ist, geht aus dem Folgenden nicht hervor, da Attalus ebenso wie die Römer seinen Angriff auf die Stadtmauer richtet; eher würde man es einsehen, wenn Attalus, worauf auch der Gebrauch der Wurfmaschinen hinweist, die vom Meere entfernte, auf einem zweiten Hügel gelegene Burg angegriffen hätte. — *Romanus* ..] die Römer haben, wie es scheint, leichter und näher an die Mauer gelangen können, als Attalus. — *testudinibus*] es sind *testudines arietariae*; s. § 14: *ariete*; 5, 5, 6; 37, 26, 8: *testudinibus arietes admovit*; Marq. 2, 310. — *vineis*] s. 2, 17, 3. — *alio omni genere* ..] es gab z. B. noch Skorpionen; s. 26, 47, 6. — *saxa*] diese werden aus den Ballisten (λιθοβόλοι) geworfen; s. 21, 11, 10; vgl. Caes. BC. 2, 9, 3; es soll Bresche geschossen werden; s. § 16. — *faciebant**] — *cuniculos*] s. 17, 2; 36, 25, 4; 38, 7, 6. — *expertum*] s. 29, 3; = 'als nützlich erkannt'; würde neben *profuerat* nicht vermifst werden. Die frühere Belagerung wird 28, 6, 3 als von sehr kurzer Dauer geschildert und eine Mine nicht erwähnt.

11. *praesentioribus animis*] vgl. 4, 38, 2; sie zeigten mehr Eifer und Mut als früher. — *et castigationis** .. *memores*] diese Worte geben die Gründe des Mutes an; dieser war da, teils weil sie des Tadels, der sich auf die Vergangenheit bezog, teils weil sie der für die Zukunft ausgesprochenen Drohungen und ihnen gegebenen Versprechungen eingedenk waren. — *in admissa culpa*] s. 3, 51, 4; 5, 47, 6; 33, 3, 2. — *oppugnatione celeri*] ein Sturm, der schnell zum Ziele führen würde. — *spei*] nach *spem* wohl unabsichtlich wiederholt; s. § 16.

12. *quot satis videbantur**] s. 44, 1, 1. — *continentis*] näml. *Thessaliae*; s. 45, 10. — *Larisamque*] in Phthiotis, etwas nördlich vom pagasäischen Meerbusen; s. 31, 4.

Attalus quoque Pteleon nihil minus quam tale quicquam in alte- 13
rius oppugnatione urbis timentibus oppressit. et iam cum opera 14
in effectu erant circa Oreum, tum praesidium, quod intus erat,
labore adsiduo, vigiliis diurnis pariter nocturnisque et vulneribus
confectum. muri quoque pars ariete incusso subruta multis iam 15
locis prociderat; perque apertum ruina iter nocte Romani in
arcem, quae super portum est, perruperunt. Attalus luce prima 16
signo ex arce dato ab Romanis et ipse urbem invasit stratis magna
ex parte muris; praesidium oppidanique in arcem alteram per-
fugere, unde biduo post deditio facta. urbs regi, captiva corpora
Romanis cessere.

Iam autumnale aequinoctium instabat; et est sinus Euboi- 47
cus, quem Coela vocant, suspectus nautis. itaque ante hiemales
motus evadere inde cupientes Piraeum, unde profecti ad bellum
erant, repetunt. Apustius triginta navibus ibi relictis super Ma- 2

13. *Pteleon**] in der Nähe (nordöstlich) von Larisa. — *nihil minus quam*] s. 3, 3, 2. — *timentibus*] näml. die Einwohner; über die Synesis s. 28, 19, 3; 33, 47, 6; oft findet sich in diesem Falle neben dem Part. im Abl. *ipsis* bei Liv.; s. 16, 5; zu 23, 12, 1.

14. *et iam*] bei ihrer Rückkehr waren bereits . .; vgl. 21, 12, 2. — *in effectu*] 'in Thätigkeit'; s. 6, 4, 6; 21, 7, 6: *postquam ad effectum operis ventum est*; oder = 'der Vollendung nahe'; s. Nägelsb. § 56, 4. — *intus*] s. zu 32, 23, 4.

15. *ariete*] ist kollektiv zu nehmen. — *subruta*] 'unten durchstofsen', ist zunächst mit *multis locis*, wie *prociderat* mit *pars* zu verbinden; vgl. 21, 8, 5: *feriebantur muri, quassataeque multae partes*; 32, 16, 11: *muri partem eversam*; 33, 17, 9; 37, 6, 1. An u. St. ist wohl *pars muri*, nicht *murus* gesagt, weil ein anderer Teil auf andere Weise bestürmt wurde. — *apertum ruina*] 'durch die Bresche geöffnet'; s. zu 21, 8, 6: *captum oppidum ea ruina*; vgl. 21, 14, 2: *turris diu quassata prociderat perque ruinam eius* . .; ebenso der Plural *ruinae*; s. 17, 2; 35, 9, 3 u. s. w. — *quae super portum est**] ein erklärender Zusatz, der nicht nötig war, da durch *ariete* und *Romani* hinreichend bezeichnet wird, welche Burg gemeint sei; s. zu § 9. Das Präsens *est* ist wie § 9; 28, 6, 2 gesagt.

16. *signo*] näml. dafs sie auf der Burg seien. — *ex arce*] die Wiederholung des Wortes wie 43, 2. — *captiva corpora*] wie 45, 7; über *corpora* s. 6, 13, 6; 21, 13, 8; 25, 25, 7; vgl. 22, 52, 3. — *cessere*] 'fielen zu'; s. zu 43, 19, 12.

47. *et est* . .] aufser der Jahreszeit (der Äquinoctialzeit) war auch der Ort gefährlich. — *Coela*] s. Strabo 10, 1, 2, S. 445: *τῆς Εὐβοίας τὰ Κοῖλα λέγουσι τὰ μεταξὺ Αὐλίδος καὶ τῶν περὶ Γεραιστὸν τόπων· κολποῦται γὰρ ἡ παραλία, πλησιάζουσα δὲ τῇ Χαλκίδι κυρτοῦται* (*curvatur*) *πάλιν πρὸς τὴν ἤπειρον*; Val. Max. 1, 8, 10: *regionem, quae inter Rhamnunta, nobilem Attici soli partem, Carystumque, Chalcidico freto vicinam, interiacens Coelae Euboeae nomen obtinet.* Die Flotten müssen also nach der Einnahme von Oreus durch den Euripus (s. 28, 6, 8) gesegelt sein. — *suspectus*] vgl. Herod. 8, 13. — *hiemales motus*] Äquinoctialstürme. — *unde profecti . . erant*] s. 23, 10.

2. *super Maleum navigat*] s. 28,

leum navigat Corcyram. regem statum initiorum Cereris, ut sacris interesset, tenuit; secundum initia et ipse in Asiam se rece-
3 pit Agesimbroto et Rhodiis domum remissis. haec ea aestate terra marique adversus Philippum sociosque eius ab consule et legato Romanis adiuvantibus rege Attalo et Rhodiis gesta.

4 Consul alter C. Aurelius ad confectum bellum cum in provinciam venisset, haud clam tulit iram adversus praetorem, quod
5 absente se rem gessisset. misso igitur eo in Etruriam ipse in agrum hostium legiones induxit populandoque cum praeda maiore
6 quam gloria bellum gessit. L. Furius, simul quod in Etruria nihil erat rei, quod gereret, simul Gallico triumpho imminens, [quem] absente consule irato atque invidente facilius impetrari posse ratus Romam inopinato cum venisset, senatum in aede Bellonae
7 habuit expositisque rebus gestis, ut triumphanti sibi in urbem
48 invehi liceret, petit. apud magnam partem senatus et magnitu-
2 dine rerum gestarum valebat et gratia. maiores natu negabant

8, 11; wie 42, 56, 1; im Griech. ὑπὲρ Μαλέαν; s. Plin. et Traian. Ep. 15, (26): ὑπὲρ *Μαλέαν navigasse*; vgl. 44, 1; Cic. ad fam. 4, 12, 1. — *statum*] näml. *sacrum* oder *sollemne* oder *tempus*; vgl. 5, 46, 2; 23, 35, 3; als Substantiv, wie ähnliche Neutra (s. Cic. p. Cael. 20: *destinatum*; Liv. 40, 46, 12: *vulgatum* u. a.), scheint *statum* nicht vorzukommen. — *initiorum*] s. 14, 7; es sind die grofsen Eleusinien gemeint, die vom 16. Boedromion (etwa Mitte September) an über 10 Tage dauerten; s. A. Mommsen, Heort. 73. 231. — *sacris*] die vielfachen Feierlichkeiten; s. A. Mommsen a. a. O. 243; Schömann 2, 344. — *et ipse*] dieses 'gleichfalls' bezieht sich nur auf *recepit*, nicht auf *in Asiam*. — *remissis*] als ob sie ihm untergeordnet gewesen wären.

3. *sociosque eius*] in Euböa. — *legato*] näml. Apustius. — *gesta*] s. 43, 7. — Nachdem Liv. von 22, 4 bis hierher die Ereignisse in Macedonien und Griechenland im Herbste 200 (s. 22, 4—32, 5) und im Frühjahr und Sommer 199 (s. 33, 1—47, 3) nach Polybios dargestellt hat, holt er jetzt einem Annalisten folgend nach, was bis zum Anfang 199 in Italien, Rom u. s. w. geschehen ist (s. 47, 4—32, 2, 7).

47, 4—**49,** 3. Triumph des Prätors L. Furius. Dio Cass. fr. 57, 81.

4. *consul alter* . .] knüpft an 22, 3 an und fällt noch in den Sommer 200. — *haud clam tulit*] vgl. Ter. Ad. 328: *neque id occulte fert*; Cic. p. Cluent. 54; parad. 6, 45.

5. *cum praeda maiore* . .] = *ita ut plus praedae faceret quam gloriam sibi pararet*; doch pafst *cum* mehr zu *gloria* als zu *praeda*; über *praeda* s. 41, 7; 7, 16, 4: *praedae magis quam pugnae paratus*.

6. *imminens*] s. 14, 5; 3, 51, 9. — *invidente*] ist absolut gesagt. — *impetrari*] dazu ist das Subjekt *eum* (*triumphum*) aus dem Vorhergehenden zu entnehmen. — *senatum* . . *habuit*] wozu er an sich und besonders bei der Abwesenheit der Konsuln befugt war. — *Bellonae*] s. zu 26, 21, 1. — *petit*]*

48. 1. *apud* . . *valebat*] s. 1, 30, 7; 8, 33, 7. — *magnam partem*] wie § 6; = viele, nicht die Majorität.

2. *maiores natu*] von denen die *consulares* (s. § 3) nur ein Teil sind. — *negabant*] d. h. sie stimmten

[redacted]

triumphum, et quod alieno exercitu rem gessisset et quod provinciam reliquisset cupiditate rapiendi per occasionem triumphi; id vero eum nullo exemplo fecisse; consulares praecipue expec- 3
tandum fuisse consulem censebant; potuisse enim castris prope 4
urbem positis tutanda colonia ita, ut acie non decerneret, in adventum eius rem extrahere; quod praetor non fecisset, senatui faciendum esse, ut consulem expectaret; ubi coram disceptantis 5
consulem et praetorem audissent, verius de causa existimaturos esse. magna pars senatus nihil praeter res gestas, et an in magi- 6
stratu suisque auspiciis gessisset, censebant spectare senatum debere. ex duabus coloniis, quae velut claustra ad cohibendos 7
Gallicos tumultus oppositae fuissent, cum una direpta et incensa esset, traiecturumque id incendium velut ex continentibus tectis

dafür, dafs . . nicht erteilt werde. — *alieno exercitu*] der Grund wird bei ähnlichen Gelegenheiten nicht erwähnt; s. 20, 4; 28, 38, 4 u. a.; wahrscheinlich war ein gleicher Fall nicht vorgekommen. — *provinciam reliquisset*] indes war Etrurien, wohin ihn der Konsul geschickt hatte, nicht seine Provinz; s. 6, 2; zur Sache s. 27, 43, 4; 28, 42, 21. — *rapiendi . . triumphi*] s. 6, 23, 5; wahrscheinlich liegt die Andeutung darin, dafs er einem anderen entrissen werde. — *id vero*] bezieht sich auf den ganzen Gedanken *et quod . . triumphi*; denn ihre Provinz hatten auch andere verlassen; s. 28, 9, 10.

3. *praecipue*] gehört entweder zu *consulares*, obgleich vorher der Grund, den sie angeben, nicht bestimmt ausgedrückt ist, oder zu *censebant* und deutet kurz den Gedanken an: sie stimmten dahin, dafs der Triumph verweigert werde, indem sie besonders die Ansicht geltend machten, dafs u. s. w.

4. *urbem*] dasselbe, wie *colonia* im folgenden, näml. Cremona; s. 21, 2. — *extrahere*]* — *quod . . fecisset . . ut . .*] vgl. Cic. de fin. 1, 34: *id ne ferae quidem faciunt, ut ita ruant*; Phil. 14, 11: *hoc primum faciam, ut . . appellem*; Tusc. 1, 45. — *existimaturos esse*] ohne *se*; s. zu 22, 50, 4.

6. *magna pars*] s. § 1; nach 49, 1 an u. St. die Majorität. — *et an . .*] der Gebrauch von *an* in einfacher indirekter Frage ohne vorausgehendes *utrum* oder *ne* findet sich bisweilen bei Livius; nachdem von der Bezeichnung der Ungewifsheit mit der Neigung zur Bejahung bei *nescio* (*dubito*) *an* der Übergang zur blofsen Ungewifsheit bei *incertus an* (s. 33, 8, 10) gemacht worden war, lag es nahe, *an* auch bei anderen Begriffen dieser Bedeutung zur Bezeichnung des Frageobjekts eintreten zu lassen; s. 35, 42, 4: *deinde an omnino mittendus esset, consultatio mota est*; 40, 14, 7: *te quaerere ex iis . . iubebat, an ferrum habuisset*; 41, 2, 6; 45, 20, 6: *consulti patres, . . an locum . . darent*; vgl. 8, 24, 11. 35, 4; Cic. in Verr. 4, 27; oft bei Curtius; s. zu 4, 48, 16. — *suisque* auspiciis*] die also auch der ein ihm nicht speziell zuerkanntes Heer Kommandierende als rechtmäfsige besafs; vgl. 28, 9, 10.

7. *velut claustra*] s. 6, 9, 4; zur Sache s. 21, 25, 2. — *Gallicos tumultus*] s. zu 21, 16, 4. — *oppositae fuissent*] 'die (früher) . . worden wären'; vgl. 44, 5; 30, 38, 6. — *una direpta . .*] s. 10, 3. — *continentibus*] da beide Kolonieen, durch den Po getrennt, in geringer Entfernung von einander lagen: vgl. Tac. Hist. 1, 65.

in alteram tam propinquam coloniam esset, quid tandem prae-
8 tori faciendum fuisse? nam si sine consule geri nihil oportuerit, aut senatum peccasse, qui exercitum praetori dederit — potuisse enim, sicut non praetoris sed consulis exercitu rem geri voluerit, ita finire senatus consulto, ne per praetorem sed per con-
9 sulem gereretur —, aut consulem, qui non, cum exercitum ex Etruria transire in Galliam iussisset, ipse Arimini occurrerit, ut
10 bello interesset, quod sine eo geri fas non esset. non expectare belli tempora moras et dilationes imperatorum, et pugnandum
11 esse interdum, non quia velis, sed quia hostis cogat. pugnam ipsam eventumque pugnae spectari debere. fusos caesosque hostis, castra capta ac direpta, coloniam liberatam obsidione, alterius coloniae captivos recuperatos restitutosque suis, debellatum
12 uno proelio esse. non homines tantum ea victoria laetatos, sed diis quoque immortalibus per triduum supplicationes habitas, quod bene ac feliciter, non quod male ac temere res publica a L. Furio praetore gesta esset. data fato etiam quodam Furiae
49 genti Gallica bella. huius generis orationibus ipsius amicorumque victa est praesentis gratia praetoris, absentis consulis maie-
primis caesis ceteri in fugam dissipati sunt. rex effuso cursu 6

hinzugefügt, um das Folgende zu heben. — *communem .. trepidationem**] ist wie der vorhergehende Satz, den die Worte nur in anderer Form wiederholen, um den Gegensatz anzufügen, kondizional zu nehmen, = 'den alle .. gehabt haben würden'.

10. *phalanx .., nec hoc* ..*] die Form des Satzes wie 31, 45, 13: *praedae*; vgl. 9, 4, 9. — *circumagere se*] vgl. 44, 41, 7. — *referentes*] man erwartet *cum rettulissent* oder *regressi*; vgl. 17, 12; Pol.: *συνεπιθεμένων αὐτοῖς ἐκ μεταβολῆς καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον ἐγκεκλικότων.*

11. *ad hoc .. circumducto*] diesen zweiten, das Vorhergehende steigernden Grund hat Liv. hinzugefügt. — *per proclive*] d. h. über den Abhang nach dem römischen Lager zu, wie 7, 12. — *dum .. insecuntur, tradiderant*] s. 21, 29, 1; — sie hatten es aufgegeben und dem Feinde überlassen, so dafs er .. konnte. — *omissis*] vgl. 21, 8, 12.

10. 1. *tumulum .. cepit*] hat Polybios nicht, dagegen: *συνθεασάμενος ἄφνω ῥιπτοῦντας τὰ ὅπλα τοὺς Μακεδόνας ... βραχὺ γενόμενος ἐκ τοῦ κινδύνου.*

2. *signis et armis*] näml. römische, wie der Zusammenhang zeigt; Pol.: *κατανοήσας δὲ τοὺς Ῥωμαίους κατὰ τὸ δίωγμα τοῦ λαιοῦ κέρως τοῖς ἄκροις ἤδη προσπελάζοντας.* — *fulgere*] s. 28, 14, 10. — *tum*] im Nachsatze; s. 17, 4; 1, 54, 3.

3. *institisset*] Pol.: *τοῖς φεύγουσιν ἑπόμενος καὶ καταλαβὼν ἐν ταῖς ὑπερβολαῖς ἄρτι τοῖς ἄκροις ἐπιβαλλούσας* (vgl. 9, 5: *in iugum ..*), *τὰς εὐωνύμους τάξεις τῶν Μακεδόνων.* — *hastas*] s. 8, 13. — *novitate**] s. 4, 19, 6; 9, 38, 2; 21, 2, 3. 22, 7; 28, 23, 4; 30, 5, 9 u. a.; vgl. 31, 21, 11. — *constituit signa*] s. 27, 16, 11.

4. *animo*]*

5. *primis*] Pol.: *τοὺς μὲν πλείους διέφθειρον, ὀλίγοι δέ τινες διέφυγον ῥίψαντες τὰ ὅπλα.*

6. *effuso cursu ..*] genauer Pol.: *ὁ μὲν Φίλιππος ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν ὡς ἐπὶ τὰ Τέμπη. καὶ*

Tempe petit. ibi ad Gonnos diem unum substitit ad excipiendos, si qui proelio superessent. Romani victores in castra hostium spe praedae *irrumpunt*; ea magna iam *ex parte* direpta ab Aetolis
7 inveniunt. caesa eo die octo milia hostium, *quinque* capta. ex
8 victoribus septingenti ferme ceciderunt. si Valerio qui credat omnium rerum inmodice numerum augenti, quadraginta milia hostium eo die sunt caesa; capta — ibi modestius mendacium est
9 — quinque milia septingenti, signa militaria ducenta undequinquaginta. Claudius quoque duo et triginta milia hostium caesa
10 scribit, capta quattuor milia et trecentos. nos non minimo potissimum numero credidimus, sed Polybium secuti sumus, non incertum auctorem cum omnium Romanarum rerum tum praecipue in Graecia gestarum.

11 Philippus conlectis ex fuga, qui variis casibus pugnae dissipati vestigia eius secuti fuerant, missisque Larisam ad commentarios regios comburendos, ne in hostium venirent potestatem,

τῇ μὲν πρώτῃ περὶ τὸν Ἀλεξάνδρου καλούμενον πύργον ηὐλίσθη, τῇ δ' ὑστεραίᾳ προελθὼν εἰς Γόννους ἐπὶ τὴν εἰσβολὴν τῶν Τεμπῶν ἐπέμεινε. — *Gonnos*] s. 42, 54, 8. — *proelio superessent*] s. 31, 41, 3. — *direpta ab Aetolis*] s. 11, 8; gegen den römischen Gebrauch, erst auf Befehl des Feldherrn die Plünderung zu beginnen und alles zur späteren Verteilung zusammenzubringen; s. 11, 2. Die Klagen der römischen Soldaten über die Ätoler (s. Pol. 18, 27, 4) hat Liv. übergangen.

8. *si . . qui*] über *si qui* s. § 6; 3, 17, 7; 29, 21, 7 u. a.; doch steht in der Regel *si qui* zusammen. — *Valerio*]* — *inmodice . . augenti . . modestius mendacium*] vgl. 26, 49, 3; 30, 19, 11; 38, 55, 8; 40, 29, 8. — *ibi*] in diesem Punkte. — *undequinquaginta*]*

9. *Claudius*] mit dem Beinamen Quadrigarius; s. 6, 42, 5 u. a.; vgl. 11, 10; Oros. 4, 20.

10. *non minimo potissimum . .*] 'nicht gerade der kleinsten', d. h. der Zahl, weil sie die kleinste ist; sonst findet sich *non potissimum* in dieser Bedeutung erst bei späteren Schriftstellern, auch die Verbindung *numero credere* in der Bedeutung 'die Zahl als richtig, wahr annehmen, sich auf dieselbe verlassen' ist ungewöhnlich, nur ähnlich: *opinioni*, *famae credere*. — *non incertum . .*] wie 30, 45, 5. Ebenso weist Liv. die Unzuverlässigkeit der Annalisten Polybios gegenüber nach 30, 8; 36, 19, 11; vgl. 32, 6, 5; 34, 41, 8; 37, 34, 6; 38, 23, 8. 41, 12; Nissen 34. 93. 105.

11—13. Friedensverhandlungen. Pol. 18, 33 ff.; Plut. 9; App. Maced. 9; Dio Cass. fr. 60.

1. *ex*]* — *variis casibus pugnae*] die verschiedenen Schicksale der beiden Flügel und der bei Liv. erwähnten media acies; Polybios nur: *ἀναδεξάμενος ὅσους ἐδύνατο πλείστους τῶν ἐκ τῆς μάχης ἀνασῳζομένων.* — *commentarios regios*] 'das Archiv'; Pol.: *τὰ βασιλικὰ γράμματα* und *ὑπομνήματα.* Die genauere Angabe des Motivs, das Lob Philipps, sowie die Vergleichung der römischen und macedonischen Schlachtordnung und bei § 7 das Lob der Enthaltsamkeit und Unbestechlichkeit der Römer bei Polybios hat Liv. übergangen.

in Macedoniam concessit. Quinctius captivis praedaque venum- 2
datis, partim militi concessis Larisam est profectus, hauddum sa-
tis gnarus, quam regionem petisset rex quidve pararet. cadu- 3
ceator eo regius venit, specie ut indutiae essent, donec tolleren-
tur ad sepulturam, qui in acie cecidissent, re vera ad petendam
veniam legatis mittendis. utrumque ab Romano impetratum.
adiecta etiam illa vox, bono animo esse regem ut iuberet, quae 4
maxime Aetolos offendit iam tumentis querentisque mutatum vic-
toria imperatorem: ante pugnam omnia magna parvaque com- 5
municare cum sociis solitum; nunc omnium expertes consiliorum
esse, suo ipsum arbitrio cuncta agere, cum Philippo iam gratiae 6
privatae locum quaerere, ut dura atque aspera belli Aetoli exhau-
serint, pacis gratiam et fructum Romanus in se vertat. et haud 7
dubie decesserat iis aliquantum honoris; sed cur neglegerentur,
ignorabant. donis regis inminere credebant invicti ab ea cupidi-
tate animi virum; sed et suscensebat non inmerito Aetolis ob in- 8
satiabilem aviditatem praedae et arrogantiam eorum, victoriae
gloriam in se rapientium, quae vanitate sua omnium aures offen- 9

2. *venumdatis*] näml. für die Staatskasse; das Prädikat ist so ausgesprochen, als ob es sich auf die ganze Beute bezöge, mit *partim.. concessis* aber tritt eine Beschränkung hinzu; vgl. Cic. in Verr. 2, 158; ähnlich *pars* 3, 61, 9; *alius* 5, 21, 5; *alter* 29, 33, 7. Wahrscheinlich ist *partim* vor *venumdatis* ausgefallen.

3. *caduceator*] s. zu 26, 17, 5. — *legatis mittendis*] freierer Gebrauch des Dativs, = die Erlaubnis zur Sendung von ..; vgl. 9, 13, 2: *ne mora esset pilis emittendis*; 9, 5, 6 u. a. — *impetratum*]*

4. *tumentis*] 'erbittert'; s. 31, 8, 11.

5. *magna parvaque*] vgl. 1, 31, 6.

6. *gratiae privatae*] d. h. dafs er nicht das öffentliche Interesse vertrete, sondern für seine Person bei dem König Gunst suche; die Erklärung folgt § 7: *donis.* — *ut..exhauserint*] so dafs sie vollständig ertragen haben sollten; vgl. 22, 14, 10. Der Satz *ut..exhauserint* ist dem folgenden grammatisch koordiniert, während er logisch subordiniert ist (*ut, cum .. exhauserint, .. vertat*).

7. *et haud dubie ..*] Bestätigung der Wahrnehmung; = 'und in der That..' Der Satz ist von Liv. eingeschoben, um das Folgende zu motivieren. — *iis*]* — *inminere*] s. 31, 47, 6. — *invicti*] s. 6, 16, 3; 9, 18, 17; 22, 50, 5; vgl. *intactus* 24, 34, 9; 29, 18, 8; *inviolatus* 2, 1, 4; 3, 55, 7; 45, 5, 3 u. a.; zur Sache vgl. Polybios: ἤδη γὰρ κατὰ τὴν Ἑλλάδα τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζούσης καὶ τοῦ μηδένα μηδὲν δωρεὰν πράττειν.

8. *sed et suscensebat** ..] nicht aus dem von den Ätolern angenommenen, sondern aus den mit *et.. et* angeführten Gründen zog er sich von ihnen zurück. — *ob insatiabilem* ..] die Sache ist 10, 7 nur angedeutet; über die Beutegier der Ätoler s. zu 32, 34, 5; vgl. 27, 30, 5. — *arrogantiam*] Pol.: ἀλαζονεία.

9. *quae*] geht auf *arrogantiam.* — *vanitate*] indem sie ihre Macht und Tapferkeit ohne Grund erhoben und ihren Ruhm durch Griechenland

debat, et Philippo sublato, fractis opibus Macedonici regni Aetolos habendos Graeciae dominos cernebat. ob eas causas multa sedulo, ut viliores levioresque apud omnis essent et viderentur, faciebat.

12 Indutiae quindecim dierum datae hosti erant et cum ipso rege constitutum conloquium; cuius priusquam tempus veniret,
2 in consilium advocavit socios; rettulit, quas leges pacis placeret dici. Amynander, Athamanum rex, paucis sententiam absolvit: ita componendam pacem esse, ut Graecia etiam absentibus Roma-
3 nis satis potens tuendae simul pacis libertatisque esset. Aetolorum asperior oratio fuit, qui pauca praefati recte atque ordine

verbreiteten; Pol.: *πληροῦντας Ἑλλάδα τῆς αὐτῶν ἀνδραγαθίας.* Durch die Hinzufügung von *sua* zu *vanitate* wird der Ausdruck ungewöhnlich, da die *vanitas* vielmehr eine Eigenschaft der Ätoler selbst ist und als eine Eigentümlichkeit derselben auch sonst bezeichnet wird; s. 36, 17, 8; Pol. 4, 3. Übrigens schreibt Dio Cass. fr. 60 den Ätolern den gröſsten Teil des Sieges zu, und Plutarch 9 erwähnt, wie erbittert Quinctius über das Epigramm eines Dichters Alcäus gewesen sei, in welchem die Ätoler zuerst genannt wurden:

Ἄκλαυστοι καὶ ἄθαπτοι, ὁδοιπόρε, τῷδ' ἐπὶ νώτῳ
Θεσσαλίης τρισσαὶ κείμεθα μυριάδες,
Αἰτωλῶν δμηθέντες ὑπ' Ἄρεος ἠδὲ Λατίνων,
Οὓς Τίτος εὐρείης ἤγαγ' ἀπ' Ἰταλίης,
Ἠμαθίῃ μέγα πῆμα. Τὸ δὲ θρασὺ κεῖνο Φιλίππου
Πνεῦμα θοῶν ἐλάφων ᾤχετ' ἐλαφρότερον.

— *offendebat*]* — *habendos .. dominos*] ist bedingungsweise zu nehmen, = wenn man ihnen nicht entgegen trete; vgl. 35, 38, 5.

10. *multa ..*] geht auf § 7 zurück. — *viliores levioresque*] vgl. 26, 15 ...

...tiae ..] daſs nach der 11, 3 ...bereinkunft Gesandte ...den sind, wird von Liv. durch diese Worte nur angedeutet; Polybios hat die Gesandten sogar mit Namen genannt und gemeldet, daſs mit ihnen der Waffenstillstand und die Zusammenkunft mit dem König verabredet worden sei. — *consilium*] eine beratende Versammlung; § 6 *concilia*: die Zusammenkünfte der principes.

2. *rettulit*] das Asyndeton wie 45, 13, 1; vgl. 34, 7, 4. Quinctius, der nach dem Zusammenhange als Subjekt zu denken ist, hält als Vorsitzender den Vortrag und läſst die übrigen abstimmen. — *leges*] s. 32, 33, 1. — *paucis*] Pol.: *βραχέα διαλεχθεὶς καὶ μέτρια*; bei Liv. entspricht *asperior* nicht *paucis*, sondern dem Vorschlage des Amynander selbst. — *ut .. esset*] anders Pol.: *ἠξίου πρόνοιαν αὐτοῦ ποιήσασθαι πάντας, ἵνα μὴ .. εἰς ἐκεῖνον ἀπερείδηται τὴν ὀργὴν ὁ Φίλιππος.* — *tuendae*]* — *simul pacis libertatisque*] s. zu 43, 6, 1.

3. *Aetolorum*] Polybios nennt Alexander (s. 32, 33, 9); ebenso Appian: *Ἀλέξανδρος ὁ τῶν Αἰτωλῶν πρόεδρος*, wo jedoch der letzte Ausdruck unklar ist. — *pauca praefati*] ist so gesagt, als ob folgen sollte *dixerunt, recte quidem .. falli autem*; oder *recte .. consilia* ist Erklärung von *pauca* und das Folgende der Inhalt der Rede selbst, die dann anakoluthisch verläuft, insofern sie nicht (ohne *autem*) von einem besonderen Verbum dicendi

imperatorem Romanum facere, quod, quos belli socios habuisset, cum iis communicaret pacis consilia; falli autem eum tota re, si 4
aut Romanis pacem aut Graeciae libertatem satis firmam se credat relicturum nisi Philippo aut occiso aut regno pulso; quae utraque proclivia esse, si fortuna uti vellet. ad haec Quinctius 5
negare Aetolos aut moris Romanorum memorem aut sibi ipsis convenientem sententiam dixisse. et illos prioribus omnibus con- 6
ciliis conloquiisque de condicionibus pacis semper, *non* ut ad internecionem bellaretur, disseruisse, et Romanos praeter vetustis- 7
simum morem victis parcendi praecipuum clementiae documentum dedisse pace Hannibali et Carthaginiensibus data. omittere 8
se Carthaginienses; cum Philippo ipso quotiens ventum in conloquium? nec umquam, ut cederet regno, actum esse. an, quia victus proelio foret, inexpiabile bellum factum? cum armato 9
hoste infestis animis concurri debere; adversus victos mitissimum

abhängig gemacht ist, sondern die vorhergehende Oratio obliqua einfach fortsetzt; vgl. 28, 8; 34, 27, 6; zu 3, 45, 3. — *recte atque ordine*] s. 28, 39, 18. — *cum iis*..] in Bezug auf 11, 5. — *communicaret*]*

4. *autem*]* — *tota re*] Pol.: *τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἀγνοεῖν ἔφη καὶ περιπίπτειν αὐτόν.* — *nisi*] in Rücksicht auf die in *falli si* liegende Negation, = *nec pax nec libertas erit firma, nisi*; s. 1, 51, 7. — *aut occiso*] hat weder Polybios noch Appian. — *utraque*] s. 32, 17, 15.

5. *memorem**] vgl. 1, 28, 11; 3, 69, 4 u. a. — *sibi ipsis*] dieselbe Kürze wie in Vergleichungen (s. 32, 38, 1), statt *sententiis ab ipsis dictis convenientem*; = sie seien inkonsequent. Die beiden Gedanken werden chiastisch ausgeführt, der dritte Punkt *καὶ μάλιστα τοῦ τῶν Ἑλλήνων συμφέροντος* ist hier übergangen, aber § 10, wo derselbe ohne Verbindung steht, berücksichtigt. Übrigens hat Liv. in den Worten *sibi ipsis convenientem* entweder die des Polybios *ἀστοχεῖν αὐτὸν*.. καὶ *τῆς αὐτοῦ προθέσεως*, in denen *αὐτοῦ* (s. § 4) auf Quinctius geht, richtig auf Alexander bezogen (Nissen 33) oder folgende Worte des Polybios wiedergegeben: *θαυμάζειν .. πῶς μετέχοντες τότε τοῦ περὶ τῆς διαλύσεως συλλόγου ἅπαντας νῦν ἀκαταλλάκτως ἔχουσι*, dann: *ὑμεῖς δὲ τἀναντία παρακαλεῖτε νῦν.*

6. *de*]*

7. *praeter*] wird in § 8: *omittere* .. wiederaufgenommen und gesteigert; vgl. zur Sache 31, 31, 15.

8. *an quia*] dies müsse auch jetzt festgehalten werden; denn durch den Sieg sei nicht u. s. w.

9. *adversus victos*] scheint wegen des Gegensatzes zu *armato hoste* vorangestellt, aber zu *mitissimum* zu gehören und dieses wie *gratus, pietas, fides* (s. 29, 8, 2 u. a.) konstruiert zu sein; = je milder einer gegen Besiegte ist, um so edlere Gesinnung hat er (wird angenommen, dafs er habe); dafs sich dies im vorliegenden Falle durch die Schonung des Besiegten zeigen solle, hat Liv. wohl aus dem allgemeinen Gedanken gefolgert wissen wollen, doch hat er auch hier den Gedanken bei Pol.: *πολεμοῦντας γὰρ δεῖ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας βαρεῖς εἶναι καὶ θυμικούς, ἡττωμένους δὲ γενναίους καὶ μεγαλόφρονας, νικῶντάς γε μὴν μετρίους καὶ πραεῖς καὶ φιλανθρώπους* verändert und ungenau wiedergegeben.

10 quemque animum maximum habere. libertati Graeciae videri
graves Macedonum reges; si regnum gensque tollatur, Thracas,
Illyrios, Gallos deinde, gentes feras et indomitas, in Macedo-
11 niam se et in Graeciam effusuras. ne proxima quaeque amoliendo
12 maioribus gravioribusque aditum ad se facerent. interfanti deinde
Phaeneae, praetori Aetolorum, testificantique, si elapsus eo tem-
pore Philippus foret, mox gravius eum rebellaturum, 'desistite
13 tumultuari' inquit, 'ubi consultandum est. non iis condicioni-
13 bus inligabitur rex, ut movere bellum possit.' hoc dimisso con-
2 cilio postero die rex ad fauces, quae ferunt in Tempe — is datus
erat locus conloquio —, venit; tertio die datur ei Romanorum
3 ac sociorum frequens concilium. ibi Philippus perquam pruden-
ter iis, sine quibus pax impetrari non poterat, sua potius volun-
4 tate omissis quam altercando extorquerentur, quae priore con-
loquio aut imperata a Romanis aut postulata ab sociis essent,
5 omnia se concedere, de ceteris senatui permissurum dixit. quam-
quam vel inimicissimis omnibus praeclusisse vocem videbatur,
6 Phaeneas tamen Aetolus cunctis tacentibus 'quid? nobis' inquit,

10. *libertati*] der Unabhängigkeit und republikanischen Verfassung; s. 2, 1, 1; Pol.: *καὶ τοῖς Ἕλλησι ταπεινωθῆναι μὲν ἐπὶ πολὺ συμφέρει τὴν Μακεδόνων ἀρχήν, ἀρθῆναί γε μὴν οὐδαμῶς.* — *Gallos*] die im Norden Macedoniens wohnenden; s. 44, 14, 1; 45, 30, 5; Per. 63; Iustin 32, 3; Pol. 4, 46.

11. *ne .. facerent*] was Quinctius eigentlich will, hat Liv. nicht gesagt; vgl. Pol.: *καθόλου δ' αὐτὸς μὲν ἔφη καὶ τοὺς παρόντας Ῥωμαίων κρίνειν, ἐὰν Φίλιππος ὑπομένῃ πάντα ποιεῖν τὰ πρότερον ὑπὸ τῶν συμμάχων ἐπιταττόμενα, διδόναι τὴν εἰρήνην αὐτῷ, προσλαβόντας καὶ τὴν τῆς συγκλήτου γνώμην· Αἰτωλοὺς δὲ κυρίους εἶναι βουλευομένους ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν.* — *proxima quaeque ..*] vgl. 31, 1, 5.

12. *Phaeneae*]* — *desistite* ..] Pol.: *ὁ Τίτος αὐτόθεν ἐξ ἕδρας καὶ θυμικῶς 'παῦσαι' φησί, 'Φαινέα, ληρῶν'.*

13. *inligabitur rex*] vgl. Pol.: *ἐγὼ γὰρ οὕτως χειριῶ τὰς διαλύσεις, ὥστε μηδὲ βουληθέντα τὸν Φίλιππον ἀδικεῖν δύνασθαι τοὺς Ἕλληνας.*

13. 1. *concilio*] wie 12, 6. — *fauces .. Tempe*] Pol.: *πρὸς τὴν εἰσβολὴν τῶν Τεμπῶν*, wo nach demselben schon die 12, 1 erwähnte Versammlung gehalten worden ist; es ist der Eingang von Thessalien aus gemeint; s. 42, 54, 8.

2. *datus*] s. Nep. Pelop. 2, 5: *et tempus et dies erat datus*; dagegen Liv. 25, 16, 14: *locum se .. dixisse.* — *frequens*] sowohl dieser Ausdruck als § 5: *cunctis*, § 13: *omnium* setzt voraus, dafs mehr Bundesgenossen als die Kap. 12 genannten anwesend sind.

3. *sine quibus* ..] vgl. 32, 33, 2: *quae ni fierent.* — *potius .. quam .. extorquerentur*] vgl. zu 2, 15, 2.

4. *senatui*] auf eine Verhandlung mit den Ätolern will er sich nicht einlassen.

5. *omnibus*] ein steigernder Zusatz zu dem Superlativ; Pol. einfach: *οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀπεσιώπησαν*, was Liv. in *cunctis tacentibus* noch hinzufügt. — *Phaeneas*]*

6. *quid? .. reddisne*] die gewöhnliche Wortstellung, nach der an *quid*

'Philippe, reddisne tandem Pharsalum et Larisam Cremasten et Echinum et Thebas Phthias?' cum Philippus nihil morari diceret, 7
quo minus reciperent, disceptatio inter imperatorem Romanum et Aetolos orta est de Thebis; nam eas populi Romani iure belli 8
factas esse Quinctius dicebat, quod integris rebus, exercitu ab se admoto, vocati in amicitiam, cum potestas libera desciscendi ab rege esset, regiam societatem Romanae praeposuissent; Phaeneas 9
et pro societate belli, quae ante bellum habuissent, restitui Aetolis aecum censebat et ita in foedere primo cautum esse, ut belli 10

ein betontes Wort oder mehrere sich anschliefsen und dann erst die Frage fortgeführt wird; s. 45, 39, 6 u. a.; anders bei Pol.: *τί οὖν ἡμῖν οὐκ ἀποδίδως, Φίλιππε, ἔφη, Λάρισαν ..;* — *Pharsalum* ...] s. 32, 33, 16. 35, 11: 34, 23, 7; 36, 10, 9. — *Phthias**] vgl. 5, 1. — *nihil morari*] niml. *se*; s. 3, 54, 4 u. a.; durch die Erklärung § 4: *postulata a sociis* .. hat der König die Städte bereits aufgegeben.

7. *de Thebis*] dagegen Polybios: *ὁ δὲ Τίτος τῶν μὲν ἄλλων οὐκ ἔφη δεῖν οὐδεμίαν, Θήβας δὲ μόνον τὰς Φθίας (παραλαμβάνειν αὐτούς)*; doch sagt er von derselben Stadt im folgenden: *διὸ νῦν, κατὰ πόλεμον ὑποχειρίων ὄντων (τῶν Θηβαίων), ἔχειν ἐξουσίαν ἔφη βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν ὡς ἂν προαιρῆται*, hebt also die Verpflichtung (*δεῖν*) wieder auf, während die Ätoler alle Städte *τὰς πρότερον μεθ' αὐτῶν συμπολιτευομένας*, also auch Theben, für sich in Anspruch nahmen. Infolge dieser Unklarheit und weil bei Polybios erst § 9 angedeutet ist, dafs die drei übrigen Städte, da sie sich freiwillig an die Römer angeschlossen haben, für frei erklärt werden müfsten, hat Liv. die Worte des Polybios mifsverstanden. Liv. giebt Theben als den Gegenstand des Streites an, während gerade die Ansprüche der Ätoler auf diese Stadt einigermafsen von Quinctius anerkannt wurden; Liv. betrachtet die übrigen drei Städte als den Ätolern zugestanden, obgleich er selbst § 12: *Thessaliae* .. *venerunt* den Grund angiebt, warum sie dieselben nicht erhalten können. Dafs jedoch auch Theben (nur nicht dieses allein) den Ätolern wirklich streitig gemacht wird, geht daraus hervor, dafs Quinctius § 11 die Aufhebung des Bündnisses erwähnt, nach dem die Ätoler eben nur auf diese Stadt (*captarum urbium*), nicht auch auf die übrigen Ansprüche hätten erheben können.

8. *populi Romani* .. *factas esse*] die Stadt scheint sich nach dem Kap. 5 Erzählten den Römern ergeben zu haben; oder es wird vorausgesetzt, dafs sie jetzt den Römern infolge des Sieges gehöre.

9. *Phaeneas*]* — *pro societate belli*] entsprechend ihrer Teilnahme an dem jetzigen Kriege. — *quae* .. *habuissent*] als ob Philipp die Städte erst während des Krieges genommen hätte, während § 6: *reddisne tandem* einen längeren Besitz derselben durch den König voraussetzt; s. 32, 10, 7; deutlicher Polybios: *ὅτι δέον αὐτοὺς εἴη πρῶτον μέν, καθότι συνεπολέμησαν νῦν, κομίζεσθαι τὰς πόλεις τὰς πρότερον μεθ' αὐτῶν συμπολιτευομένας.*

10. *primo*] ein zweites Bündnis ist nicht geschlossen worden (Pol.: *κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς συμμαχίαν*), *primo* also = 'gleich anfangs.' — *ut belli* ..] vgl. 26, 24, 11, wo es jedoch nur heifst: *urbium Corcyrae tenus ab Aetolia incipienti solum* .. *Aetolorum* (*esset*). — *belli praeda rerum*] *belli praeda* bildet

praeda rerum, quae ferri agique possent, Romanos, ager urbes-
11 que captae Aetolos sequerentur. 'vos' inquit 'ipsi' Quinctius
'societatis istius leges rupistis, quo tempore relictis nobis cum
12 Philippo pacem fecistis. quae si maneret, captarum tamen urbi-
um illa lex foret; Thessaliae civitates sua voluntate in dicionem
13 nostram venerunt.' haec cum omnium sociorum adsensu dicta
Aetolis non in praesentia modo gravia auditu, sed mox etiam
14 belli causa magnarumque ex eo cladium iis fuerunt. cum Phi-
lippo ita convenit, ut Demetrium filium et quosdam ex amicorum
numero obsides et ducenta talenta daret, de ceteris Romam mit-
15 teret legatos; ad eam rem quattuor mensum indutiae essent. si
pax non impetrata ab senatu foret, obsides pecuniamque reddi
Philippo receptum est. causa Romano imperatori non alia maior
fuisse dicitur maturandae pacis, quam quod Antiochum bellum
transitumque in Europam moliri constabat.

14 Eodem tempore atque, ut quidam tradidere, eodem die ad
Corinthum Achaei ducem regium Androsthenem iusto proelio
2 fuderunt. eam urbem pro arce habiturus Philippus adversus

einen Begriff (vgl. 2, 39, 11), von dem *rerum* abhängt; = die bestand aus u. s. w.; vgl. zu 21, 60, 8: *praeda oppidi parvi pretii rerum fuit*; Pol.: *τὰ ἔπιπλα*. — *sequerentur*] s. 28, 21, 5.

11. *relictis*] s. 31, 31, 18 f.; die Ätoler werden erst jetzt darauf hingewiesen, dafs durch ihre Teilnahme am Kriege das frühere Bündnis nicht wiederhergestellt ist; vgl. 35, 9; 36, 3, 8.

12. *captarum . . foret*] so würde doch jene Bestimmung (jener Artikel des Bündnisses) nur die . . betreffen. — *Thessaliae civitates*] Pol.: *αἱ κατὰ Θετταλίαν πόλεις ἅπασαι*; es würde das also auch von Theben gelten; auf die 32, 15, 3 erwähnten Städte ist keine Rücksicht genommen, weil sie dem Streite mit den Ätolern fern lagen; der erste Grund der Ätoler (*pro societate belli*) wird nicht beachtet; vgl. 32, 39, 10.

13. *gravia auditu*] vgl. Cic. Tusc. 2, 20: *dictu gravia*; Senec. de const. sap. 15, 3: *toleratu gravia*. — *belli causa**] s. 20, 12; 34, 39, 9; zu 21, 21, 1.

14. *Demetrium*] s. 34, 52, 9. — *de ceteris*] wie § 4; Pol.: *περὶ δὲ τῶν ὅλων πέμπειν εἰς τὴν Ῥώμην καὶ διδόναι τῇ συγκλήτῳ τὴν ἐπιτροπήν*. — *mensum*] s. zu 3, 24, 4.

15. *ab senatu*] s. 34, 35, 2. — *receptum est*] man nahm die Verbindlichkeit auf sich; ebenso steht *recipere* ohne *in se* 40, 35, 11: *si neque de fide barbarorum quidquam recipere aut adfirmare nobis potes*; vgl. 7, 14, 1; Cic. Tusc. 1, 107. — *Antiochum . .*] s. 19, 6 ff.; vgl. Polybios: *ἐπυνθάνετο τὸν Ἀντίοχον ἀπὸ Συρίας ἦχθαι μετὰ δυνάμεως, ποιούμενον τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν Εὐρώπην. διόπερ ἠγωνία (Τίτος), μὴ ταύτης ὁ Φίλιππος τῆς ἐλπίδος ἀντιλαμβανόμενος ἐπὶ τὸ πολιοφυλακεῖν ὁρμήσῃ καὶ τρίβειν τὸν πόλεμον, εἶτα ἑτέρου παραγενηθέντος ὑπάτου τὸ κεφάλαιον τῶν πράξεων εἰς ἐκεῖνον ἀνακλασθῇ*; den zweiten Grund hat Liv. übergangen.

14—15. Sieg der Achäer über Philipps Truppen. Zon. 9, 16.

1. *quidam*] wahrscheinlich einer der 10, 8 genannten Annalisten.

2. *pro arce*] 'als Stützpunkt';

Graeciae civitates et principes inde evocatos per speciem conloquendi, quantum equitum dare Corinthii ad bellum possent, retinuerat pro obsidibus, et praeter quingentos Macedonas mixtos- 3
que ex omni genere auxiliorum octingentos, quot iam ante ibi
fuerant, mille Macedonum eo miserat et mille ac ducentos Illyrios 4
Thracasque et Cretenses, qui in utraque parte militabant, octingentos. his additi Boeoti Thessalique et Acarnanes mille, scutati 5
omnes, et *septingenti ex* ipsorum Corinthiorum iuventute, impleta ut essent sex milia armatorum, fiduciam Androstheni fecerunt acie decernendi. Nicostratus, praetor Achaeorum, Sicyone erat 6
cum duobus milibus peditum, centum equitibus, sed imparem se et numero et genere militum cernens moenibus non excedebat. regiae copiae peditum equitumque vagae Pellenensem et Phlia- 7
sium et Cleonaeum agrum depopulabantur; postremo exprobran- 8
tes metum hosti in finis Sicyoniorum transcendebant; navibus etiam circumvecti omnem oram Achaiae vastabant. cum id effu- 9
sius hostes et, ut fit ab nimia fiducia, neglegentius etiam facerent, Nicostratus spem nactus necopinantes eos adgrediendi circa finitimas civitates nuntium occultum mittit, quo die et quot ex qua- 10
que civitate armati ad Apelaurum — Stymphaliae terrae is locus est — convenirent. omnibus ad diem edictam paratis profectus 11

vgl. 7, 11, 7; 26, 7, 3: *caput belli*; 26, 42, 16: *caput atque arcem belli*; 37, 18, 3. — *evocatos*] s. 8, 3, 8; 24, 1, 5; er hatte sie zu sich 'entboten'; zur Sache vgl. 32, 23, 5. — *pro obsidibus*] doch waren die Korinthier nach 32, 23, 5 macedonisch gesinnt.

3. *quot*]*

4. *mille ac . .*]* — *qui . . militabant*] bezieht sich nicht auf die gerade in Korinth dienenden, sondern auf die Kretenser überhaupt; vgl. 3, 10; vielleicht auch mit auf die Thracier.

5. *additi*] der Umstand, dafs . . [illegible]bunden waren. — *Boeoti*] s. zu [illegible]; auch Thessaler stehen noch [illegible] Dienste Philipps, obgleich Thes[illegible]n unterworfen ist. — *Acarna*[illegible]] s. 32, 40, 7. — *scutati*] Schwerbewaffnete, Hopliten.

[illegible] *Nicostratus**] s. 32, 39, 7.

*Pellenensem** . .] es sind wohl, 15, 2, verschiedene Scharen [illegible], sonst würden sie von Korinth aus zuerst nach Kleonä (im westlichen Teile von Argolis), dann nach Phlius, zuletzt nach Pellene gekommen sein. Der ganze Zug ist eine Strafe für den Abfall der Achäer von Macedonien; s. 32, 23, 1. — *Cleonaeum*]*

8. *circumvecti*] nicht um den Peloponnes herum, sondern von dem Lechäum aus plündern sie das Gebiet von Sikyon und so weiter die Küste von Achaia.

9. *ab nimia fiducia*] s. 5, 44, 6: *a secundis rebus incauti*; 38, 55, 13: *ab eadem fiducia animi*; vgl. 16, 9. 20, 3; 32, 14, 6. — *Nicostratus*]*

10. *Apelaurum*] ein Pafs in dem nördlichen Teile des stymphalischen Thales in Arkadien, der nach Achaia führt; s. Pol. 4, 69: τὴν ὑπερβολὴν τὴν περὶ τὸ καλούμενον Ἀπέλαυρον, ἣ πρόκειται τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως περὶ δέκα στάδια. — *terrae*] s. 6, 11.

11. *edictam*] s. 31, 49, 12; vgl. 34, 8, 6. — *inde*] von Apelaurum.

inde extemplo per Phliasiorum fines nocte Cleonas insciis omni-
12 bus, quid pararet, pervenit. erant autem cum eo quinque milia
peditum, ex quibus * armaturae levis, et trecenti equites. cum
iis copiis, dimissis qui specularentur, quam in partem hostes ef-
15 funderent sese, opperiebatur. Androsthenes omnium ignarus Co-
rintho profectus ad Nemeam — amnis est Corinthium *et* Sicyo-
2 nium interfluens agrum — castra locat. ibi partem dimidiam
exercitus, divisam trifariam, et omnes equites discurrere ad de-
populandos simul Pellenensem Sicyoniumque agros et Phliasium
3 iubet. haec tria diversa agmina discessere. quod ubi Cleonas ad
Nicostratum perlatum est, extemplo validam mercennariorum
4 manum praemissam ad occupandum saltum, per quem transitus
in Corinthium est agrum, ante signa equitibus, ut praegrederen-
5 tur, locatis ipse confestim agmine duplici sequitur. parte una
mercennarii milites ibant cum levi armatura, altera clipeati; id in
6 illarum gentium exercitibus robur erat. iam haud procul castris
aberant pedites equitesque, et Thracum quidam in vagos palatos-
que per agros hostis impetum fecerant, cum repens terror ca-
7 stris infertur. trepidare dux, ut qui hostes nusquam nisi raros
in collibus ante Sicyonem non audentis agmen demittere in cam-
pos vidisset, ab Cleonis quidem accessuros numquam credidisset.

12. *armaturae* levis*] die Zahl derselben ist ausgefallen. — *opperiebatur**] absolut wie Sall. Iug. 91, 3: *cum omnibus copiis opperitur*; Nep. Eum. 9 u. a.

15. 1. *Corintho*] ohne *a*; s. zu 24, 12, 3; Androsthenes ist dorthin nach dem ersten Streifzuge zurückgekehrt. — *Nemeam*] ebenso Strabo 8, 6, 25, S. 382: *ὁρίζει τὴν Σικυωνίαν καὶ τὴν Κορινθίαν ποταμὸς Νεμέα*; wahrscheinlich das Wasser in dem Nemeathale, welches, da es nicht leicht abfliefsen kann, in dem Thale einen feuchten Wiesengrund (bei Xen. Hell. 4, 2, 15 *χαράδραν*) bildet, nicht das Wasser bei Kleonä.

2. *trifariam**] zur Stellung vgl. 25, 32, 7. — *et omnes equites*] auch diese sind in 3 Haufen geteilt, wie § 3 zeigt. — *Pellenensem*]*

3. *diversa*] durch die Trennung von *discessere* gehoben; s. 9, 2, 2.

4. *ante signa*] die auf dem Marsche ngetragen werden. — *ut praentur*] damit sie den Vortrab bildeten, d. h. dafs sie in einiger Entfernung vorangehen und zuerst angreifen sollten.

5. *parte una*] s. zu 31, 21, 15. — *mercennarii*] s. 31, 25, 3. — *id* .. robur erat*] 'diese bildeten ..'; s. 4, 4; 34, 38, 5; zu 27, 14, 5. — *illarum gentium*] kann sich nur auf die achäischen oder überhaupt die peloponnesischen Staaten beziehen; s. 32, 37, 2: *regionis eius*; die *clipeati* sind die 14, 5 erwähnten *scutati*.

6. *castris aberant*] bei *abesse* im lokalen Sinne setzt Liv. *ab* hinzu, bei *procul abesse* meist den blofsen Abl.; s. 7, 5, 9; 8, 24, 3; 10, 4, 7; zu 27, 1, 3; vgl. zu 7, 37, 6. Ebenso sagt Liv. *procul muro esse* und *procul a muro esse*; s. 21, 7, 6. 21, 11; 22, 19, 8. — *castris*] näml. *Androsthenis*. — *vagos palatosque*] s. 31, 41, 10. — *fecerant*]*

7. *nisi raros ..*] 'aufser nur hier und da einen ..' — *demittere*]* — *ab Cleonis* quidem ..*] dafs sie gar

revocari tuba iubet vagos a castris dilapsos; ipse raptim capere 8
arma iussis militibus infrequenti agmine porta egressus super
flumen instruit aciem. ceterae copiae, vix conligi atque instrui 9
cum potuissent, primum hostium impetum non tulerunt; Mace- 10
dones et maxime omnium frequentes ad signa fuerant et diu an-
cipitem victoriae spem fecerunt; postremo fuga ceterorum nudati, 11
cum duae iam acies hostium ex diverso, levis armatura ab latere,
clipeati caetratique a fronte urgerent, et ipsi re inclinata primo
rettulere pedem, deinde inpulsi terga vertunt et plerique abiec- 12
tis armis, nulla spe castrorum tenendorum relicta, Corinthum
petierunt. Nicostratus mercennariis militibus ad hos persequen- 13
dos, equitibus Thracumque auxiliis in populatores agri Sicyonii
missis magnam ibi *quo*que caedem edidit, maiorem prope quam
in proelio ipso. ex iis quoque, qui Pellenen Phliuntaque depopu- 14
lati erant, incompositi partim omniumque ignari ad castra rever-
tentes in hostium stationes tamquam in suas inlati sunt, partim 15
ex discursu id, quod erat, suspicati ita se in fugam passim spar-
serunt, ut ab ipsis agrestibus errantes circumvenirentur. ceci- 16
derunt eo die mille et quingenti, capti trecenti. Achaia omnis
magno liberata metu.

16 Priusquam dimicaretur ad Cynoscephalas, L. Quinctius Cor-
cyram excitis Acarnanum principibus, quae sola Graeciae gen-

die günstige Stellung bei Cleonä aufgeben und gegen ihn ziehen würden.

8. *tuba*] s. 25, 10, 4. — *vagos*] proleptisch; vgl. 2, 50, 6. — *dilapsos**] s. 4, 53, 9.

10. *maxime omnium*] s. 4, 59, 11; 22, 2, 7; 36, 19, 4 u. a.; vgl. 23, 49, 12; doch ist es an u. St. weniger passend, da nicht so viele Völker da sind.

11. *postremo fuga ceterorum nudati*] paſst nicht ganz zu *primum .. non tulerunt*. — *armatura*]* — *clipeati caetratique**] wie 4, 4. — *re inclinata*] s. 22, 6, 9. — *inpulsi*] vgl. 26, 6, 3.

12. *tenendorum*] s. 5, 51, 3. — *rettulere .. vertunt .. petierunt*] s. 18, 18; 22, 21, 8; vgl. 4, 19, 4.

13. *Nicostratus*]* — *Sicyonii*] weil dieses näher war als das Gebiet von Pellene nordwestlich und Phlius nördlich von Nemea. — *ibi quoque*] geht zunächst nur auf *agri Sicyonii*; es ist aber bei *caedem edidit* wohl auch an die Verfolgenden zu denken; beides zusammen wird dem Gemetzel in dem Treffen selbst gegenübergestellt.

14. *incompositi ..*]* — *tamquam in suas*] 'als ob sie .. wären', wie man .. kommt, wenn man die Seinigen zu finden hofft; s. 2, 2, 3; 23, 33, 5.

15. *suspicati*]* — *sparserunt*]*

16. *ceciderunt*]* — *metu*] s. 25, 15, 6; die Achäer haben jetzt von Nabis nichts zu fürchten und können daher mit mehr Entschiedenheit gegen Philipps Feldherrn auftreten; nach 32, 23, 3 haben sie auch Truppen zu dem römischen Heere geschickt.

16—17. Unterwerfung Akarnaniens.

1. *excitis*] wie 14, 2 *evocatos*. — *Acarnanum*] s. 32, 40, 7. — *sola*]

tium in societate Macedonum manserat, initium quoddam ibi mo-
2 tus fecit. duae autem maxime causae eos tenuerant in amicitia
regis, una fides insita genti, altera metus odiumque Aetolorum.
3 concilium Leucadem indictum est. eo neque cuncti convenere
Acarnanum populi, nec iis, qui convenerant, idem placuit; sed
duo principes et magistratus pervicerunt, ut privatum decretum
4 Romanae societatis fieret. id omnes, qui afuerant, aegre passi;
et in hoc fremitu gentis a Philippo missi duo principes Acarna-
num, Androcles et Echedemus, non ad tollendum modo decre-
5 tum Romanae societatis valuerunt, sed etiam ut Archelaus et
Bianor, principes gentis ambo, quod auctores eius sententiae
fuissent, proditionis in concilio damnarentur, et Zeuxidae prae-
6 tori, quod de ea re rettulisset, imperium abrogaretur. rem teme-
rariam, sed eventu prosperam damnati fecerunt. suadentibus
nam*que* amicis, cederent tempori et Corcyram ad Romanos abi-
7 rent, statuerunt offerre se multitudini et aut eo ipso lenire iras

nachdem auch Böotien und Thessalien sich an Rom angeschlossen hatten. — *societate*]* — *initium quoddam* . .] gewissermaſsen ein Anfang, 'ein schwacher Anfang'.

2. *maxime*]* — *fides insita*] vgl. Pol. 4, 30: ὅπερ (τὸ καθῆκον) Ἀκαρνᾶνες ἐν τοῖς πλείστοις καιροῖς οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἧττον εὑρίσκονται διατετηρηκότες. Nach Iustin 28, 1 haben sie früher, bald nach dem Tode des Pyrrhus, den Schutz der Römer nachgesucht, und diese den Ätolern untersagt, die Akarnanen, *qui soli quondam adversus Troianos, auctores originis suae, auxilia Graecis non misissent* (vgl. Liv. 45, 31, 12), zu unterwerfen, dann aber im Hannibalischen Kriege diese jenen preisgegeben; s. 26, 24, 1. Daher erblickten sie in Philipp ihren Retter, dem sie auch jetzt noch treu bleiben. — *concilium*] vgl. Xen. Hell. 4, 6, 4: τὸ κοινὸν τῶν Ἀκαρνάνων. — *Leucadem*] s. 17, 1.

3. *populi*] wie bei den Achäern; s. Schömann 2, 69. — *iis*]* — *duo** *principes*] die § 5 genannten. — *magistratus*] kann als Singular genommen und von dem § 5 erwähnten Prätor verstanden werden. — *privatum decretum*] da die Versammlung regelmäſsig berufen ist, so kann dies nicht bedeuten, daſs nur sie als Privatleute den Beschluſs gefaſst haben, sondern daſs das Dekret nur nach ihren Wünschen, nicht nach dem Willen des Volkes (da viele entfernt, die Anwesenden zum Teil dagegen waren) gemacht worden sei, denn es wird nach § 4 und 11: *redeundum* . . als bindend anerkannt. Vgl. 42, 44, 1. — *decretum* .. *fieret*] s. 32, 22, 4. — *Romanae societatis*] vgl. 2, 6.

4. *et in hoc* . .] 'und überdies (noch dazu) bei . .' — *duo principes* . .] die in seiner Umgebung gewesen sind.

5. *auctores eius sententiae fuissent*] sie hatten diese Ansicht vertreten und den Antrag gestellt (s. 2, 6), der Prätor hatte ihn zum Vortrag und zur Abstimmung gebracht. — *rettulisset*] s. 32, 22, 3.

6. *namque*] über die Stellung s. zu 4, 9, 6 und 24, 36, 6. — *cederent**] s. 35, 5; 44, 9, 1.

7. *multitudini*] was § 8: *frequens concilium* ist, auf dem die Bürger der verbündeten Staaten erschienen; s. 17, 1; zur Sache vgl. 28, 7.

aut pati, quod casus tulisset. cum se frequenti concilio intulis- 8
sent, primo murmur ac fremitus admirantium, silentium mox a
verecundia simul pristinae dignitatis ac misericordia praesentis
fortunae ortum est. potestate quoque dicendi facta principio 9
suppliciter, procedente autem oratione, ubi ad crimina diluenda
ventum est, cum tanta fiducia, quantam innocentia dabat, disse-
ruerunt; postremo ultro aliquid etiam queri et castigare iniqui- 10
tatem simul in se crudelitatemque ausi ita adfecerunt animos,
ut omnia, quae in eos decreta erant, frequentes tollerent neque 11
eo minus redeundum in societatem Philippi abnuendamque Ro-
manorum amicitiam censerent.

Leucade haec sunt decreta. id caput Acarnaniae erat, eoque 17
in concilium omnes populi conveniebant. itaque cum haec re- 2
pentina mutatio Corcyram ad legatum Flamininum perlata esset,
extemplo cum classe profectus Leucadem ad Heraeum, quod vo-
cant, naves adplicuit. inde cum omni genere tormentorum ma- 3
chinarumque, quibus expugnantur urbes, ad muros accessit, ad
primum terrorem ratus inclinari animos posse. postquam pacati 4
nihil ostendebatur, tum vineas turresque erigere et arietem ad-
movere muris coepit.

Acarnania universa inter Aetoliam atque Epirum posita solem 5
occidentem et mare Siculum spectat. Leucadia nunc insula est, 6
vadoso freto, quod perfossum manu est, ab Acarnania divisa;
tum paeninsula erat, occidentis regione artis faucibus cohaerens

8. *admirantium*] 'der Verwunderung'; s. 34, 50, 2. — *mox*] ist einem hervorgehobenen Begriffe nachgestellt (ungewöhnlich). — *a verecundia*] s. 14, 9. — *pristinae dignitatis*] vgl. 39, 49, 11.

9. *qoque*] da man dies nicht hätte erwarten können. — *principio*] vgl. 12, 3: *praefati*.

10. *ultro*] sie, die Verurteilten, treten als Ankläger, wenn auch nur in leisen (*aliquid*) Klagen auf.

17.* 1. *Leucade*] die Stadt, wie § 4. — *caput*] s. 36, 11, 9; 43, 17, 6; vgl. 34, 7.

2. *legatum Flamininum**] s. 32, 40, 7. — *Leucadem**] ist zu *profectus* zu nehmen; vgl. Ennius Ann. 10, 2 (334): *Leucatam* (s. 26, 26, 1) *campsant*. — *Heraeum*] der Tempel der Hera.

3. *quibus expugnantur urbes*] sonst auch einfach *expugnandarum urbium*.

4. *tum*] s. 10, 2; 34, 5, 1. 28, 9. — *arietem*] s. 21, 7, 5.

5. *universa*] im Gegensatze zu Leucadia; vgl. Caes. BG. 1, 1, 1. — *inter Aetoliam et Epirum*] von ersterem östlich, von letzterem nördlich. — *et*] genauere Bestimmung. — *mare Siculum*] s. Pol. 4, 63: *ὁ . . κόλπος (Ἀμβρακικός) ἐκπίπτει μὲν ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους μεταξὺ τῆς Ἠπείρου καὶ τῆς Ἀκαρνανίας*; ebd. 5, 5, 13.

6. *est . . est*] s. 3, 5, 14. — *tum paeninsula*] s. Hom. ω 377: *Νήρικον εἷλον, ἐυκτίμενον πτολίεθρον, ἀκτὴν ἠπείροιο*; später hatten die Korinther die Stadt Leukas gegründet und die Landenge durchstochen; allein der schmale Kanal scheint versumpft gewesen zu sein

7 Acarnaniae; quingentos ferme passus longae eae fauces erant, latae haud amplius centum et viginti. in iis angustiis Leucas
8 posita est, colli adplicata verso in orientem et Acarnaniam; ima urbis plana sunt, iacentia ad mare, quo Leucadia ab Acarnania dividitur. inde terra marique expugnabilis est; nam et vada sunt stagno similiora quam mari, et campus terrenus omnis operique
9 facilis. itaque multis simul locis aut subruti aut ariete decussi ruebant muri. sed quam urbs ipsa opportuna oppugnantibus
10 erat, tam inexpugnabiles hostium animi. die ac nocte intenti reficere quassata muri, obstruere, quae patefacta ruinis erant, proelia inpigre inire et armis magis muros quam se ipsos moenibus
11 tutari; diutiusque spe Romanorum obsidionem eam extraxissent, ni exules quidam Italici generis Leucade habitantes ab arce mili-
12 tes accepissent. eos tamen ex superiore loco magno cum tumultu decurrentes acie in foro instructa iusto proelio aliquamdiu Leu-
13 cadii sustinuerunt. interim et scalis capta multis locis moenia, et

(s. die St. aus Plinius zu § 7); doch trennte derselbe auch so noch Leukas von Akarnanien, wie § 8: *quo .. dividitur* vorausgesetzt wird; s. Pol. 5, 5. Wahrscheinlich hat Polybios an der Stelle, die Liv. hier übersetzte, gesagt: früher sei Leukas eine Halbinsel gewesen, jetzt eine Insel, und Liv. dies nicht genau wiedergegeben. — *occidentis regione*] in der Richtung des Ostens, d. h. auf der Ostseite; s. 3, 66, 5; 10, 34, 7; 31, 26, 1; BAfr. 30; zu 25, 25, 8. Übrigens mufs ungenau die Richtung von Akarnanien aus, nicht von Leukadia genommen sein, denn von jenem aus lag dieses in der Richtung nach Westen.

7. *quingentos* ..] vgl. Plinius 4, 5: *Leucadia ipsa paeninsula quondam Neritis appellata, opere adcolarum abscisa continenti ac reddita ventorum flatu congeriem arenae adtumulantium, qui locus vocatur Dioryctus stadiorum longitudine trium, oppidum in ea Leucas*; vgl. Strabo 10, 2, 8, S. 452. — *latae*] von Ost nach West. — *in iis angustiis* ..] natürlich konnte sie nicht auf den kleinen Raum beschränkt sein; s. Thuk. 3, 94, 2: *ἐν ᾗ (τῇ γῇ τῇ ἐντὸς τοῦ ἰσθμοῦ) καὶ ἡ Λευκάς ἐστι καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος.* — *in orientem*] d. h. die Stadt lehnte sich an die nach Osten gerichtete Seite des Hügels. — *et Acarnaniam*] wie § 5: *et mare.*

8. *ima urbis*] s. 31, 1, 7; es ist die Ostseite der Stadt, an dem Kanal, der im folgenden *mare*, dann *vada .. mari* heifst; § 6: *vadoso freto.* — *iacentia*] ist aus *ima* zu erklären; s. Tac. Hist. 1, 86. — *stagno .. mari*] vgl. 26, 45, 7 ff. — *operique facilis*] s. 45, 30, 2: *divisui facilis*; vgl. zu 26, 15, 1; zur Sache s. 21, 8, 2.

9. *subruti*] durch Unterminieren; vgl. 34, 29, 6. — *quam .. tam*] s. zu 8, 27, 10.

10. *die ac nocte*] s. zu 24, 37, 4. — *quassata muri*] s. § 9; vgl. 26, 51, 9. — *obstruere*] vgl. 38, 29, 2: *novum obstruentes murum.* — *armis magis* ..] s. 10, 45, 12; 22, 60, 23.

11. *habitantes*] s. 29, 26, 7. — *ab arce*] 'von der Burg aus', wo sie wohl als Verteidiger zu denken sind; vgl. 3, 41, 4: *a curiae limine*; 4, 22, 6: *a castris*; 31, 24, 9; 32, 10, 9 u. a.

12. *tamen*] dem hervorzuheben-

per stragem lapidum ac ruinas transcensum in urbem; iamque 14
ipse legatus magno agmine circumvenerat pugnantes. tum pars
in medio caesi, pars armis abiectis dediderunt sese victori. et 15
post dies paucos audito proelio, quo ad Cynoscephalas pugnatum
erat, omnes Acarnaniae populi in dicionem legati venerunt.

Iisdem diebus, omnia simul inclinante fortuna, Rhodii quo- 18
que ad vindicandam a Philippo continentis regionem — Peraeam
vocant — possessam a maioribus suis, Pausistratum praetorem 2
cum octingentis Achaeis peditibus, mille et octingentis fere arma-
tis, ex vario genere auxiliorum collectis, miserunt; Galli et Pisue- 3
tae et Nisuetae et Tamiani et Arei ex Africa et Laudiceni ex Asia

den *eos* nachgestellt, = 'auch diese jedoch'. Über die Stellung der Partikel vor der Einräumung (*ex.. decurrentes*) s. 9, 10: *referentes*; 2, 23, 4; 22, 24, 14; vgl. 5, 48, 6; 9, 3, 5.

14. *legatus magno agmine*] es scheinen die § 13 erwähnten Truppen zu sein, welche der Legat schnell nach dem Forum führt; *interim .. iamque ..* enthalten vorbereitende Umstände zu *pars ..*, = *sed cum interim .. transcendissent iamque circumvenissent, pars ..*

15. *quo .. pugnatum erat*] s. 25, 39, 14; 40, 50, 2: *magno proelio pugnasse*; vgl. 6, 42, 5: *pugna pugnata*. — *in dicionem legati ..*] wie 1, 1; 8, 20, 6: *in dicionem consulis*; gewöhnlich steht bei *in dicionem venire* (*concedere, redigere, subigere, recipere, se dare* u. a.; s. zu 8, 20, 6) entweder kein Genetiv (s. 21, 61, 7; 26, 21, 17. 43, 4; 28, 43, 14; 29, 38, 1; 30, 7, 2; 32, 31, 5; 40, 28, 6. 35, 13; 41, 11, 9. 19, 1 u. a.) oder der Name des Volkes oder des Königs, in dessen Gewalt ein Staat kommt, so *populi Romani* 10, 10, 5; 26, 33, 12; 28, 11, 15; 37, 45, 3; 38, 11, 9. 31, 6; *Philippi* 36, 14, 9; *Nicomedis* 38, 16, 9; *Mazaetulli* 29, 29, 10; vgl. 29, 1, 4; 32, 21, 32; 40, 49, 4.

18.* Niederlage der Macedonier in Karien.

1. *inclinante*] in die falsche Richtung brachte, d. h. zu einem unglücklichen Ausgang führte; häufiger ohne diese Nebenbedeutung des Unglücks; s. 1, 25, 4; 5, 26, 9 u. a. — *Peraeam*] s. 32, 33, 6. — *a maioribus*] Philipp hatte das Land erst seit etwa 4 Jahren: s. 31, 14, 4; Liv. scheint sich die Zeit länger gedacht zu haben, sonst hätte er nicht *a maioribus* gesagt; oder *possessam* ist = 'in Besitz genommen', von *possido*.

2. *praetorem*] hier nur = Anführer. — *Achaeis*] s. § 10; sie stehen im Solde der Rhodier. — *armatis*] statt *militibus*. — *auxiliorum*] in Sold genommene Hülfstruppen, und zwar Leicht- und Schwerbewaffnete (*vario genere*), denen gegenüber unter den vorher genannten *peditibus* wohl nur Hopliten zu verstehen sind.

3. *Galli*] aus Galatien. — *Pisuetae*] vgl. Steph. Byz.: Πισύη πόλις Καρίας. — *Nisuetae*] sie gehörten zu den afrikanischen Hülfstruppen; eine Stadt Νίσουα an der Ostseite des karthagischen Meerbusens erwähnt auch Ptol. 4, 3, 7; bei Plin. 5, 24 heifst dieselbe *Misua*. — *Tamiani et Arei*] sonst nicht bekannte afrikanische Völker. — *Laudiceni*] die Form findet sich auch auf Inschriften; vgl. zu 32, 26, 17: *lautumiarum*. — *ex Asia*] bildet nur den Gegensatz zu den zuletzt genannten Völkern *ex Africa*; auch die Gallier und Pisueten sind aus Asien.

4 erant. cum iis copiis Pausistratus Tendeba in Stratonicensi agro, locum peropportunum, ignaris regiis, qui Therae erant, occupa-
5 vit. in tempore et ad *id* ipsum excitum auxilium, mille Achaei pedites cum centum equitibus supervenerunt; Theoxenus iis prae-
6 erat. Dinocrates, regius praefectus, reciperandi castelli causa primo castra ad ipsa Tendeba movet, inde ad alterum castellum, item Stratonicensis agri — Astragon vocant —; omnibusque [ex]
7 praesidiis, quae multifariam disiecta erant, devocatis et ab ipsa Stratonicea Thessalorum auxiliaribus ad Alabanda, ubi hostes erant,
8 ducere pergit. nec Rhodii pugnam detractaverunt. ita castris in
9 propinquo locatis extemplo in aciem descensum est. Dinocrates quingentos Macedonas dextro cornu, laevo Agrianas locat, in medium accipit contractos ex castellorum — Cares maxime erant — praesidiis, equites cornibus circumdat et Cretensium auxiliares
10 Thracumque. Rhodii Achaeos dextro cornu, sinistro mercennarios milites, lectam peditum manum, habuere, medios mixta ex

4. *Tendeba*] Steph. Byz.: *Τένδηβα πόλις Καρίας.* — *Stratonicensi*] s. § 19. — *Therae*] Thera in Karien; s. Ptol. 5, 2, 20; Steph. Byz.

5. *ad id ipsum*] 'gerade zu dem Zwecke', näml. Peräa wiederzuerobern; vgl. zu 5, 43, 4; 21, 55, 11. — *excitum*] die Rhodier haben auch sie in Sold genommen; vgl. 31, 43, 5.

6. *ipsa Tendeba*] im Gegensatze zu *alterum;* ob er Tendeba wiedergenommen hat, ist ebenso wenig deutlich, als ob die Rhodier auch Astragon besetzt haben.

7. *multifariam*] 'an verschiedenen Stellen'; s. 21, 8, 3. — *devocatis*] s. 6, 20, 9. — *Alabanda*] am Marsyas, ziemlich weit nördlich von Stratonicea; vgl. 43, 6, 5.

8. *in propinquo locatis*] 'nachdem man ..'; das Subjekt der Handlung ist ebenso allgemein bezeichnet wie in *descensum est*; vgl. 32, 9, 10.

9. *Agrianas*] s. 28, 5, 12; Thuk. 2, 96: *ἀνίστη δὲ καὶ Ἀγριᾶνας .. καὶ ἄλλα ὅσα ἔθνη Παιονικά*; es waren gute Bogenschützen. — *accipit*] — *ex castellorum ..*] soll wohl nur bedeuten: die zusammengezogenen Truppen, welche vorher die Besatzungen der Kastelle gebildet hatten, nicht, dafs ein Teil in den Kastellen geblieben wäre. — *Cares maxime erant*] über die freie Stellung der Parenthese s. 25, 16, 5; 26, 6, 13; 29, 6, 6 u. a.

10. *Achaeos dextro cornu ..*] die Aufstellung ist der vorher geschilderten macedonischen entsprechend. Eine Ungenauigkeit liegt darin, dafs die Achäer von den *mercennarii milites* getrennt werden, obgleich sie selbst in Sold stehen, und dafs ihre Zahl § 16 auf 1000 angegeben wird, während es nach § 2 und 5 zusammen 1800 waren. Das erstere hat sich Liv. vermutlich nicht klar gemacht; bei dem zweiten Punkte hat er die § 5 erwähnte Schar gemeint, so dafs die übrigen 800 auf dem linken Flügel anzunehmen sind. — *lectam peditum manum*] ist eine Apposition [illegible] *mercennarios milites*, durch welc[illegible] diese von dem Gros unterschied[illegible] werden, = *lectos mercennarios* [illegible] folgende *levis armatura* (§ 11 [illegible] aus den *auxilia* gebildet (vgl. [illegible] — *medios*] das Maskulinum [illegible] wenn hinterher nicht *auxilia*, [illegible]dern *auxiliares* folgte.

pluribus gentibus auxilia, equites levisque armaturae quod erat 11
cornibus circumiectum. eo die steterunt tantum acies utraque 12
super ripam torrentis, qui tenui tum aqua interfluebat, paucisque
telis emissis in castra receperunt sese. postero die eodem ordine
instructi maius aliquanto proelium quam pro numero edidere
pugnantium. neque enim plus terna milia peditum fuere et cen- 13
teni ferme equites; ceterum non numero tantum nec armorum 14
genere, sed animis quoque paribus et aequa spe pugnarunt.
Achaei primi torrente superato in Agrianas impetum fecerunt; 15
deinde tota prope cursu transgressa amnem acies est. diu anceps
pugna stetit. numero Achaei, mille ipsi, quadringentos loco pe- 16
pulere; inclinato deinde laevo cornu in dextrum omnes conisi.
Macedones, usque dum ordines et veluti stipata phalanx consta- 17
bat, moveri nequiverunt; postquam laevo latere nudato circum- 18
agere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt, tur-
bati extemplo tumultum primo inter se fecerunt, terga deinde
vertunt, postremo abiectis armis in praecipitem fugam effundun-
tur. Bargylias petentes fugerunt; eodem et Dinocrates perfugit. 19
Rhodii quantum diei superfuit secuti receperunt sese in castra.
satis constat, si confestim victores Stratoniceam petissent, recipi

12. *torrentis, qui*..]* — *interfluebat*] vgl. 41, 23, 16; Curt. 4, 3, 6 u. a.

13. *terna*] vielleicht ist ein Teil der rhodischen Truppen anders verwandt (zur Beschützung des Lagers), sonst würde *terna* zu den § 2 und 5 angegebenen Zahlen nicht genau passen.

14. *paribus*] daraus ist *pari* zu *numero* und *genere* zu nehmen. — *paribus et aequa*] s. 7, 33, 5; hier um abzuwechseln; ebenso im folgenden *amnem* statt *torrentem*.

15. *prope cursu*] s. 8, 7.

16. *mille*]*

